Biblioteka Jagiellońska.

IX. a. 41.

4105
CIMELIA

Hist. 3008.
BJ XVI
IX. c. 8.
HH. V. 2a ?

IX. d. 41.

Cim. Bu. 4105

Vita beatissimi Stanislai Cracouiensis episcopi. Necnō legende sanctorū Polonie Hungarie Bohemie Moravie Prussie et Slesie patronorū. In lombardica historia nō ytente.



BIBLIOTECA UNIV. AUGUSTANA

Ex donatione Rūdi Dñi Joannis Wiesicēr sacre theologie Doctoris

Vita Sti Patroni Polonie Bohemie Moravie
Prussie et Silesie Joannis Dlugos
Ludovici Pacis desiderij Rotterodami
Epistola minor Sigismundi Primi R. P.
Scripsit per Joannem Dantiscum.

Prefatio in vitã sanctissimi Stanislai Cracouiẽsis Episcopi. Incipit feliciter.

Excellenti et venerãdo patri dño Sandiwogio de Czechel artiũ ⁊ sacre theologie Magistro monasterij et domus Canonicor regulariũ ordinis sancti Augustini in Cloda wa Gnezneñ dioceſis prepoſito dño ⁊ patri colendiſſimo. Joannes longini Canonicus Cracouieñ tuus: et qui tecũ vna christo militant ſeruor dei ſeruus. Salutem plurimã dicit: et beatitudinem cõemplari eternam. Subierat diebus ſuperioribus animũ venerande patr idq; frequenter pene aſſidua meditatione: pectus decoquebat: et ingentẽ ſcribendi ingerebat p̃uritũ vt in decus ⁊ gloriã preſulis ſanctiſſimi Cracouieñ Stanislai polonor prothomartyris: aliquid literarũ conficerẽ. Jd cum neq; per etatẽ ⁊ ingeniũ: neq; per tempeſtates tum publicas tum priuatas facere liceret: tandẽ repugnantẽ animũ diuina fretus miſeratione que pijs conatibus deeſſe nunq; conſueuit laborj ſubegi: opuſq; vtinã tam diſerte et accurate q̃ officioſe domeſtica ſceda edidi: neminem ſanctor ratus: cui aliquando patria noſtra vel pro opere vel officio vel pro vita et martyrio plus deberet. Cuius tantaac talis extabat virtus diuinis freta ſolacijs: vt moleſtias cuiuſlibet aſperioris fortune: et excelſioris potentie: pro honore dei: pro religione orthodoxa: pro ſalute ac libertate polonici populi deſpiceret: et pietatis zelus in arduo temporr articulo mõſtraret inexpugnatã animã in fide et religione cõſeruans. Quam ſane rem nõ alienis auſpicijs: nõ externis ſuffragijs: ſed dei tantũmodo preſidio et ſuo martirio cõfecit: vitã autẽ ſancti deſcribere non cõtentus: etiã ,pdigia ad inuocationẽ ſui nominis: poſtea quã felici cruore dampnatus eſt geſta. Jtem ⁊ Canoniſatiõis ſue bullas apoſtolicas preſenti operi inſeruj: vt munus cumulatius et tibi et legẽtibus elargirer. Simul quoq; rem dignã indicãs: que propriũ operis narrationem habere mererer. Et q̃uis eius martyrij dignitas multomaior ſit q̃ vel a me deſcribi vel ingenio meo cõprehendi poſſit: admitar tamẽ prouidibus ne quid a me omniſſum iri qd ad rem pertinere rebar cõtingat. Hoc quoq; apud te et quoſlibet legentes prefari de ſancto noſtro liceat: neminẽ ex pontificib⁹ polonice Eccleſie: pro fide et iuſticia: neminẽ

pro libertate et religone: et priscor et nostra memoria: fortius pugnasse Neminē insuper inter sanctos extitisse qui pro suo merito a nostre lingue hominibus sit amplius colendus: magis amandus: magisq in delicijs et admiratiōe habendus. Uersanti aūt mihi animo: et multū diuq tacita cogitatione reputanti cui nam libellum de vita sancti editum: et pulchror plenū varietate facinor dedicarē. ad te cuius: apud regionis nostre populos maximū est in doctrina t religone nomē. Ad te iam pridem veteranū christi militē: quondā vero meū cōrubernalē: me tamē et ingenio et oris atq doctrina: ceteriscq huiusce genus artibus longe prestantem animū verti. Tibi viro omniū humanissimo et optime demerito: qualiscūq hic labor noster dicandus erat: vt esset penes te: perpetui nostri amoris monumentū. Inuenies eñ in opere presenti plurima et iocunda cognitu et scitu necessaria. Tu pierij vir spūs et sacra atq humana colens studia: t quē pace ceteror iubar polonicū appellare ausim: inter multos preclaros animo occurrebas meo: quē quoq et in religionē nostram: et in doctrinā et in magnarū rerū cognitionē obseruantissimū cupidissimūq esse cognoui. Non alium q̄ te presentis muneris gratiorem ratus: quod et sancto quo de nūc agimus: propensiorē cultū exhibeas: et aliquid cum illo habeas commune: gestor quoq illius et vite emulator existas: animo dudū inuisceratus meo: quē religione et beniuolentia preoccupasti. Deniq familiaritate tua tractus quā mihi peperit tua dignatio: fides mea: lucubrationes meas: et laborez nusq̄ fidentius q̄ in tuis auribus et oculis: quorū te non tam primariū inspectorem esse volui q̄ censorem. Tuoq optimo atq grauissimo iudicio: opus nostrū ꝓbatum vel in firmarū iri confido: depono. Hoc eñ a te vnū q̄ maxime exactum iri velim: vt libelli presentis: quē venula mei qualecūq illud est scaturiuit ingenij: labes et asperitas tua limetur industria: imbuaē eloquentia: adornetur doctrina. Tum quoq primū aliis visendus et legendus ꝓbeatur: tuoq fultus fauore: tum demū prodeat in publicū. Nam qō tu ꝓbaueris: ab reliquis quoq cōprobatū iri: et omnibus suffecturū cōfido: nec quilibet reprehendet quod tu comprobabis. Suscipe itaq vir clarissime a me presentē scripturā: et libenter examina: tue quoq integritatis t doctrine adiectiones et detractiones adhibens: tuis laboribꝰ eam purga: et quicquid illud sit: quod prudētie tue linceos oculos offendat: aut aliorum sit offensurū: lima tue correctionis rescinde: eloquētieq tue pericia: impericie mee errata dissolue: stili quoq deficientis supple defectū. Benigniores siquidē opus nostrū habiturū autumo reprehensores: lectores et interpretes si a te illud cognouerint censuratū. Pro sua siquidē dignita-

te series totius vite sancti nostri: a me diligentius scrupulosiusq; inuestigata. plus aliquãto creuit q̃ meũ ferret ingeniũ. nobilius et iã q̃ meum sit oneratura. pro inde viuaci illo tuo: vt sic dixerim: sulphure. si quid incõplet ũ: si quid supfluũ: si quid minus rersum: si quid tepide aut remisse: a ieiuno et abhorriente ingenio: genitum repereris cõcrema. et nouo tuo carmine: quod squalidũ fuerit demulce. aut si id expedire videris: penit9 abrade. non mediocrẽ mihi gratiã prestiturus: si errata mea facilliori venia correxeris. et que insipida atq; arentia sunt: vbertate tue eloquentie conduxeris in viroꝛẽ. Neq; enim alia lege: alia fiducia libellum presentẽ humilitatis mee: tenuissimo exarratũ sensu: tibi dedico: tibi adscribo. nisi quia illum non prius q̃ a te limatũ: rersum: et censuratũ: tuoq; iudicio cõprobandũ ceteris legendũ atq; publicandũ reor. pluris iudiciũ tuũ q̃ cuiuscũq; existimãs. Et si forte vitiosi sermones: aliquos offenderint: autoꝛe neglecto singuli defect9 deformitates et vicia in te recidãt censoꝛẽ.

Prologus in vitam beati Stanislai.

Si tanta foret mihi stili virtus et ea scribendi facultas infusa a superis seu natura cõparata vel arte: quãtus scribendi ardoꝛ: duũ viroꝛũ illustriũ preci et desiderio: viri quos vn̄q; polonia genuit sanctissimi Stanislai Cracouien episcopi: et polonoꝛũ pthomartyris: vitã et gesta: a me conscribi experentiũ moꝛẽ gessissem. Sed deterrebar hinc scribendi imperitia illinc magnitudine rei. Nouerã insup mun9 id a priscis scriptoꝛibus neq; imprudenter neq; inelegãter preoccupatum fuisse: propter quod adhiberi in rem cultius erigendã alterũ virum crassioris minerue: gestiebam. Cui et feracius ingeniũ et amplioꝛ dicendi peritia maiusq; scribẽdi artificiũ contigisset: qui narrationi egregie iustum decus imponeret. et singula operũ suoꝝ atq; virtutũ merita exquisitioꝛi depromeret eloquij venustate: ne si parũ oꝛnate: parũq; cumulate atq; inconcine vita a me sancti descripta fuerit. oneri inconsulte assumpto succumbens: a peritis dicendi riderer: dignusq; reprehensione iudicarer: qui nequiuerim molem suscepti oneris sustinere. Suadet enim noster Seneca. dum res proferunt eximie: earũ quoq; maiestati cultum sermonis adiungi. innuẽs res suapte excellentes: scribentiũ industria: quod et in pleriscq; extrinsecis licet intueri operibus: et amplius posse extolli: et magis celebres reddi. Nonenim vita sancti nostri pro sua excellentia et dignitate vsitato genere scribendi cõtenta est: sed exigit genus dicendi rarum excellens atq; politũ. Impetu post hec non tam rogantiũ: sed pro

suo cuiusq; in me iure et officio aut exigentium aut iubentium: validiori coartatus: laborem scribendi assumpsi: scripturus ex multis insignioribus plurimis quoq; omissis ne legentibus fastidio sim. locos illustriores satis ratus attingere: quos vel de ipsius historijs vel de aliorū relatione iudicatos cognoui: et quos sancti nostri dignitati vel honori: proximorum vero saluti cōducere arbitrabar: sperans imperitie mee culpas: singulos qui hec nostra legerint: equis auribus laturos dum inconditum sermonem proferri sentient: non ex meo arbitratu et ingenio sed ex precipientiū auctoritate. Neq; enim me ea doctrine et scribendi arte peditum esse scio: vt cultius me atq; ornatius vitam viri sancti: quam ceteri scripsere confecisse arbitrer. Recensenti enim et pertractanti mihi vires ingenioli mei: sentio q; ieiunus mihi et aridus videor. vt ipsa tenuitate deterreri debuerim ab officio scribitandi: sciens omnia vltra vires ausa collisum iri: sed vt in sanctum deuotionem depromam et in patriam cui me omnia deberi non inficior demōstrem charitatē. Iussioni quoq; et expectationi respondeam plurimorum: mallens ex obedientia iudicari parum prudens q; ex denegatiōe cautelosus et sapiens: nō priscam et probatam illam dicendi suauitatem et eloquentiam: sed rudem ac simplicem representaturus. Illius propiciatione adeptum me iri confidēs presidia qui obedientiam victimis pretulit: et non acquiescere recta monētibus crimē sapere Aristotelis dictauit. prouocaturum insuper me reor presenti opere plurimos ingenue eruditos qui eleganti⁹ ꝓbabiliusq; vitam sancti mandare litteris poterint: et cū sua amplissima laude in hoc genere scribendi versari: dignū et perneccessarium existimans: athletam nostrum plures et memorabiles virtutum suarum sortiri debuisse preconiones. Is quoq; respectus permouit pellexitq; me ad ea que dudū de viro sancto explanata sunt ab alijs. aliquam adiectionis materiā conferre doctorū et eruditorū virorū ingenijs: quoz alma parens nostra Cracouiēn vniuersitas muuere diuino ferax est: nostro excitādoz calcari politiorē illustriorēq; dante domino euasurā. Eam enim et artis cuiuslibz et rei constat esse naturam: vt plerūq; prima vel primis prima: uberiora rudioraq; habita sunt: sequentia vero posteris plurima vel conferentibus vel in melius transmutantibus et gratiora et cultiora: quod et vulgarioribus omnibus contingit: quoz denoiationis magnitudinē: nō ex fonte exiguo et tenui: sed ex aquarū influentiū augmēto spectari oportet. Satis itaq; erit et mihi ruditer aliqua de sancto nostro excellentiora scripsisse: et non materie tantūmodo: sed et irritamēti specimen alijs impigisse. Erit fortasse et non inamenū altero scemate sancti explicare vitā

vt varietate regiminis: speciem lectiorē intuentibus preseferat. Hoc eñ vel maxime modo ad factorū et laudū viri sancti depromendū splendorem preconē aliquē spero accessurū: qui vite illius et gestorū mirificam prestantiā pari verborū exequet venustate: et illius clarissima facinora apud aures singulorū suauitate eloquij diffundat: maiorem voluptatem ipso ornatu dicendi in legentium audientiūq pectore pariturus. Vita enim sancti quo plenius et discertiusq describitur: tanto magis in pectoribus legentiū et audientiū dulcorat: et animos mortaliū superni muneris suauitate reficit et oblectat. Quis enim neget operū q̄tumcūq sublimiū decus siue virtutē spectes Theologicā siue heroicā: per scripturē nitorē amplius inclarescere. Inde quoq cōstat nōnullos summos viros quo clariores euaderēt pro gestis suoꝝ operū scribēdis aut statuis locandis peritiores quosq vel adhibuisse vel desiderasse. Ad sanctorū quoq ampliorē felicitatē et gloriā credim⁹ accedere: si suarū rerū ꝛ operū diserros sortiant scriptores: qō in btō Paulo primo heremita: paula et hilarione: quoꝝ vitā btūs Hieronim⁹. Itē in btō Martino Thuroneñ cuius vitā Seuerus Gallicus. Itē in btō Nicolao Mirrarū epis: cuⁱ⁹ vitā Simon cognomēro Metaphrastē: et Leonardus venetus artificioso colore eloquio: pluribusq alijs tā Grecis q̄ latinis experimur scriptorib⁹ qui operū et virtutū a seriis editarū effigiē admirādis ingenijs accurate cogitateq relinquerūt expressam et politā: et euidentib⁹ pfusionū suarū stimulis laudibusq celebratā effecerūt felitiorē ꝛ arcti⁹ imitandā vt vite splendori lux quoq et venustas correspōderet sermonis: maiorē siquidē delectationē legentib⁹ sermone ad gratiā instructo: lepidus scriptor et expedit⁹ inseret q̄ arduus et rustican⁹: qō in populari q̄z cōtingere pspicuū est declamatiōe: in qua facetū ꝛ peritū plus posse nemo dubitat q̄ rudem q facetus maximā habeat capiendi et oblectādi animos: fletus quoq et singultus eliciendi vim: rudis vero fastidio esse soleat: nōnunq ꝛ cōtemptui. Abei vero si quis ratione habēdā duxerit in partē benigniorē iudiciū ventillando cōuertat: atq eā de me sentētiā a me rogatus cōcipiat: nihil me pro captāda terrena et populari aura: nihil pro retinēda aut poucēda fama: sed pro amplitudini laudis redemptoris et cōditoris nostri dei: pro declarāda ꝛ illustrāda vita viri sancti Stanislai: pro edificatione p̄ximi: et pro capescenda mei ēdaq vita perhennis: operis huius laborē assumpsisse. eo quidē arbitratu et pacto vt legentib⁹ doctrine et imitatiōis exemplar: mihi vero petōri et ad dicēdū scribendūq rudi et ignaro: cōscientia insuꝝ delictoꝝ remordēte: grauato suffragio et pcatu viri sancti cuius vitā scripturus sum: retributio sem-

piterna t immarcestibilis: pro caduca quā respuo: quaq; me abdico. per gratiā remuneratoris eterni proueniat ratus laborē nostrū: et si non dicendi saciatis et peritis: at saltem a litterarū sapore ieiunis suffecturum Et dum ardua hec meisq; viribꝰ maiora molliri aggredior: opem deprecabor diuinam: vt quo ascendere mea ebetudo nō possit: celesti suffragio adiutus transmigrem.

Tractatus primus in vitam beatissimi Stanislai

Otam facturus dñs filijs hominū potentiā suam: et pro sue pietatis abundantia: fidelibus suis insperata bona largiturꝰ: mirifice fortitudinis viros. in consumatiōe sanctoꝝ in edificatione corporis sui mistici. diuersis temporibus suscitauit. vt per illos fidei et religionis orthodoxe: in salutē et confirmationē credentiū. illuminationē gentiū. exterminationē scismatū et errorū: veritas sydere inclaresceret fulgentior matutino. Inter alios autem seculo vergente in senīū: habitantibus in regione borcali. polonis fidem christi dudum antea ꝓfessis: et in suo circuitu varias gentes ydolatrie aut erroribus deditas: habentibus. Beatus Stanislaus ex eorum gente et genere exortus. velut sydus rutilum. animā fortitus diuinis virtutibus adornatā proluxit. Et caligātia sui temporis secula fulgoris sui lampade illustrauit. Qui et in mortali cōuersatione militās et deinde in celesti ierarchia triūphans prodigijs coruscauit stupendis. potenti operū et miraculoꝝ virtute quanti sit fuerit q; meriti. In quem omnes curas cogitationesq; suas verterat. Quem casto et fideli pectore mundoq; corde super omnia dilexerat. declaratus. cōferens illi virtutum dñs. non apud polonos solum. sed in vniuerso katholico orbe. nois claritatē. Fuit aūt beato viro Stanislao origo ex polonoꝝ gente et ex Cracouien prouincia. et natale solum de vico Sczepanow. duobus miliarijs ab opido Bochnia. in quo sales effodiunt. a Cracouia vero septē miliarijs sito. ex se quidē obscuro. sed viri sancti ortu dignificato vulgatoq;. parentes pro cōditione carnis et seculi nobiles illi fuere. atq; pstantissimi ac tali filio digni. pater eius wyelislaus pro armis et nobilitatis insignijs Crucē candidā vnā super dimidiā in campo rubeo deferēs pro insigni non tam nobilitate pollens generis q; virtutū splendore. vir ex militari ordine et equestri: et qui inter omnes domus et familie sue con-

tribules primarius et precipuus habebat. sed et inter alios polonorum proceres morũ et virtutũ iubare militarisq; rei gloria eminebat. mater eius Bogna femina et ipsa genere ingenua: sed pudicicie magis decore nobilior de raris religiosa femina: clara et celebris inter feminas sue regionis suiq; temporis habebat. Utriq; hospitalitatis egenor pupillor et peregrinor omniũq; miserabiliũ et indigẽtiũ personarũ. cura fuere impreciosr vterq; ieiunior et abstinentiarũ cõsectator. quottidie in virtute et merito vterq; exercitatione crescebat. quottidie vterq; in singulos necessitatem patientes substantiã pro viribus erogabat. vterq; probitati modestie frugalitati ceterisq; id genus animi ornamentis enixius nouabat operã. vterq; ieiunijs vigilijs et reliqua sancti ꝓpositi austeritate. corpus affligebat. vterq; studiosus tam preceptor q̃ cõsilior diui norũ obseruator. amplum homini patrimoniũ: ferax census: et plusq; mediocris substantia: generi respondens et conditiõi. sed qui vniuersus in pauperes. prompta et feruida liberalitate effundebat. dum aũt rariora per id tempus apud polonos forent templa. et sacra superũ. wyelislaus in hereditate sua Sczepanow prouida consorte Bogna. et suggerente et instigante templũ fabricat. dotemq; ex censu paterno nõ degenerem. a ministris percipiendã illi donat. disponẽs beate Marie Magdalene dicari templũ. ad quã vterq; cõiugum miro deuotionis ferebat ardore. largiens insuper templo vestes nobiles et uasa argento et auro fulgencia: ceteraq; quibus res diuina expleri solet. Templi vero sacerdotibus et ministris. omnẽ suorũ predior et omniũ nascentiũ que humus et pecꝰ gignit fidelẽ de omni substantia decimationẽ. eligens ex singulis potiora quo prestantẽ in deum mentẽ. prestãtibus etiã muneribus restarerur et maledictionis Chain sententia euitata. benedictionis Abel largite. sibi quoq; largiende aptior foret atq; capacior. vtroq; insup cõiugũ elemosinis et pijs ac miserationũ actionibꝰ nouante operã. Etiã ab vtroq; templi fores et limina nocte et interdiu terebant. miroq; deuotiõis more. orationibus et obsecrationibus inuacabãt. non solũ pro tempore quo sacerdotes rem diuinã exequebant. sed etiã pro alijs horis et temporibꝰ quas sibi ad id singulariter deputarent. Certantes alter preuenire alterum. et vincere mora et diuturnitate. In mandatis t cerimonijs christiane legis adimplẽdis. adeo religiosi adeo sinceres vt eor vita et cõuersatio ceteris admiratiõi fieret. veluti que a monastica differret parum.

Sequitur Capitulum primum.

Euentibus aũt ad vota rebus: sterilitatis obprobrio wyeli slaus et Bogna augebanť q̃ nullo ferati stirpis hereditarie successore forent decessuri: non obstamẽ quicq̃ de obsequio in deũ et sanctos eius aut de officio in egenos et qualibet necessitate grauatos remiserant vno animo eodẽq̃ deuotionis et charitatis tenore: et in deũ et in primũ vsq̃ fecunditatẽ sibi prestari votis plurimis deposcebãt prolẽ nascituram obsequio et sorti dei mancipaturi. Annus iam cor cõiugũ tricesim⁹ tendebat: et tam ppio q̃ alieno arbitrio q̃ etas vtriusq̃ in occiduũ foret pliua: nullũ se de cetero rebant pign⁹ suscepturos cum dei pidentia et munere clausos mirabilius aperiente vteros se sensit Bogna cõcepisse et vterũ cepit porrigere. Singulas tñ voluptates et delicias quibus se dudũ procharisti nomine abdicauerat: etiã tunc perosa et tam victu q̃ vestitu castigato et simplici cõtenta dũ post lustratos sub meridionali tempore greges in edem ex propinquo more reuerteretur ad puteum haud longe ab habitaculo suo inter quercus et dumeta consistentẽ: filũ pulcherrimũ nullo obstetricis interueniẽte suffragio Septimo kalendarũ Augusti in euo tam maturato et senescenti effudit: atq̃ in fonte ad quẽ parturierat lotũ domũ leta et incolumis retulit: nullũ dolorẽ nullã debilitatẽ in partu iuxta ac post partũ experta: ad ecclesiã deinde sctẽ Marie magdalene decurrens: pro collato infante et partus dono gratias diuine maiestati in lacrimarũ vbertate referens: renixũ fonte baptizmatis patre wieleslao coã presente regenerat et nomine coaprato Stanislaũ vocat: non sine euidenti pñagio et nominis hui⁹ et vocabuli significato: qõ infans tunc exortus ppetuã foret et vulgatã nois sui laudẽ apud presentes et posteros in militanti et triumphanti Jherusalẽ adepturus. Abouit partus tam poigiosus: noui t dudũ exoptati filij non parentes modo diuturna sterilitatis confusione exemptos sed et singulos per circuitũ vicinos quibus nõ tantũmõ gratulatio sed ingens admiratio fuit iniecta matronã alioquin puectioris eratis quã rebant pro dierũ et annoꝝ pclivitate quib⁹ pcesserat infecũdam supra estimationẽ humanã generasse. Quapropter t filiũ exortum tam tũc maximũ futurũ ominabant. Redigendũ ad meritũ et numerum sctissimoꝝ et magnoꝝ viroꝝ Joannis baptiste Ysaac Jacob Joseph et Samson qui et ipsi parentes habuere vtero quidẽ steriles sed virtute fecundos: rebusq̃ magnis et pclaris ab eo gerendis illũ destinabãt: polonico generi grande solaciũ cõparatuꝝ et ad pdessendũ illi exortũ. Cum a natura ita cõparatũ foret magna et diu duratura solere tardius nasci felicẽq̃ dixere patriam que tam celebrẽ infantem dextro sydere produ-

xisset: felices parētes quorum semine satus erat felicia tempora quibus seruatus foret felicissimus magistratus cui presideret. Natus est autem Stanislaus regnāte apud polonos rege Abyeczslawo ꝑmo anno regni sui tercio: ab ortu vero saluatoris nostri christi Abillesimo triceſimo.

Captulum secundum.

Dartu votiuo supra spem suam wyeliſlaus et Bogne potiti. quo superno largitori gratiori replenderent obsequio perpetua se castitatis et abstinentie lege deuinciūt. et celibem ex tunc se deuouent seruaturos vitam: quod quidem sancte intentionis propositum. scrupulosa ab eis vsqz in diem mortis fuit obseruantia custoditum. Agebat adhuc Staniſlaus in cunabulis z maternis alebatur papillis. pater tamē illius wyeliſlaus spiritu actus diuino frequenter illum incunis agentem adiens et fascias quib⁹ amiciebaꝫ expeculo detrahens visu illud et amplexu velut spiritusſancti habitaculum demulcebat. Sācta aūt z religiosa natura nec in puero quidē latuit Teneriori enim infantia perfunctus sepe compertus est molle stratum in quod parentum indulgentia collocabatur deseruisse et in nuda humo aut paleaꝝ straintēo ḉteris residuū exegisse admirāt e parēte vtroqz eriā sue indolē z sine monitore cōceptā religionē ad quā formandā atqz effingendā oīes cogitatiōes oīes cure atqz vigilie eoꝝ cōuerse. ⁊ primū deinde patiebatur eas litteris traditum eruditiqz puerū artibus liberalibus quo facilius ad maiora suū excitaretur ingeniū vterqz parēs iussit In quibus addiscendis docile apparuit illum ingenium sortitum esse cupidum quoqz litterarum z preproperū et quod spem non mediocrē erudītoribus ingerebat memoriam tenacē que illos ad puerū operosius imbuendum pertrahebat. Mores vero sui modesti cultu verendi et ingenui ab omni lasciuia omniū denīqz ludorum quibus etas puerilis implicari soleꝫ scemate abhorrentes elucere visi. Tantum insuper in gestibus moribusqz et singulis actionibus pudorem tantam in sermone et vultu: modestiam seruasse spectatus est: z inclinationē ad virtutē vt nec iocasse nec risisse effusius notaret: ac mꝝros ꝓpterea graues viros in sui amorē et admirationē pliceret. Quietis et refectionis castigata apud illū tempora. In quibus parco et tenui tam sompno ⁊ cibo contentus cetera in litteris pcipiēdis expēdebat. Si quid vo superat tēporibus in oratione ab sumptum In ea quoqz etate ꝗus puerili et tenera constat illum miserationi et pietati operam dediſſe. Miserationis enim vulgare in egenos quecūqz per licenciam seniorum habere potereat illis largiebatur.

Errogaturus vniuersa nisi pedagogorum sententia sibi formidabili retaretur. nature adolescens per omnia moderate et pudoris ingenui. Soboleq; generosa et nobilis in officiis angelicis collocanda. Hec erant Stanislai rudimenta: hic ludus infantie: hec a tenero religionis et pietatis iudicia: tantisq; virtutibus diuina adiutus prouidentia redundabat in puero. postea vero quā adolescentiā pertingens gratia altioris capesēde doctrine scolas Gnezneñ aditurus. q; eo tēpore feracius illic studium et eruditio copiosior haberet in villagiū Bozowno quemisset: balnea pro militibus ville adaptata ingressus corpus curare et abluere pergeret a iuuententibus militibus et grauiter se ab eo q; iniussu eorū balnea ingredi ausus foret iniuriatos: querentibus: fustibus in corpore nudo cesus et contumeliose ciectus est. pacienti aūt animo, et absq; omni murmure et querela verberationē huiusmodi et ludibriū perferēs. in cāpo vicino egressus paululū substitit: et in saxo quod etiā in diem hodiernum ostenditur genua figens: veniā dari his qui illū tam inhumane ceciderant precabat. Et quāte adolescens pacientie foret quāte in proximum charitatis ea depcatiōe nō in expressum reliquit. Sed mirū in modum vltionū dīs signare volens quantū sibi verberatio impia. Stanislai famuli sui displicuit et milites eorūq; stirpem: tibiarū graui vlcere pertulit. et campum in quo dei famulus orationē effunderat sterilitatis confusione quā in plura annorū centena scitus est toleraſſe dampnauit. nullo germine licet sererē producto. Campo exinde nomen inditum est Popowa Gora. id est. sacerdotalis mōs quod illi in hodiernū diē pseuerat. Tanta insup modestia adolescentiā cōposuit et in etate iuuenili auctoritatē obtineret senum. oīes lasciuias. omnia blandimenta corporis que illa etas secum fert perhorrēs atq; deuitans dabat q; expectationē non exiguam future de se probitati.

Capitulum terciuum.

Atatē epheborū Staniſlaus transgressus. dum iuuentutis tempora attigisset. z in triuio exercitatior doctiorq; euasisset cum summo studendi flagraret desiderio. studia Galliaq; que assertione plurimoq; florentissima intellexit. adeundi cupido illū cepit. Et parentibus cognatisq; nequicq; phibentibus. sed qui tanto itineri et operi atq; diuturniori more sufficeret viaticū liberaliter conferentibus. in Parisius Galliarū vrbem se contulit. atq; in diuino et Canonico iure eruditioni tam sedule insistit tanta discendi flagrans cupiditate. vt nihil pretermitteret quod ad institutionē summi futuri viri

pertinere videretur ex his artibus et doctrinis que illum ad summe perfectionis normã erudirent. Et cum varia forent genera discendi: in quibus multa cum laude posset versari. preclarissimã tamẽ theologie phie diuine scientiã elegit: mundanãq; phiam in diuinã cõmutauit: mirifica in verbis suauitas: in factis vero comitatẽ cõdita grauitas cõspiciebat omnia sua opera ad optimũ et salubrẽ redigere conatus partẽ: dubitare plurimos coegit ex media ne Polonia an ex Gallia ortus foret: studijs exercitatus parisiensibus: moribus insup ingenuis ꝛ grauib⁹ instructus mature ad pfectẽ frugẽ virtutis cõscẽdit: illãq; nõ per partes: sed totam simul cõprehẽdit bonis moribus ꝛ instituris celebribus: non min⁹ q̃ litteris oblectat⁹: ad rem maxime ptinere intelligẽs: vt celebris p vtraq; artes videlicet et virtutes euaderet: obstrepentes sibi voluptates carnales q̃ longissime effugans: serenũ habẽs ac virgineũ animũ trãquillũ et pacificũ. Erat ei sapientia supra etatis cõcessa mensurã et pus q̃ viri perfecti adeptus foret rẽpus: tam in illo singularis tam prudentie q̃ doctrine lampas scintillabat: modestiã humilitatẽ ꝓbitatẽ castitatẽ temperantiã pietatem ceteraſq; virtutes socias sibi et familiares effecerat. Animus insup et contra auaritiã et carnis mundiq; petulantiã nitidus et inuictus: venerẽ omnẽ ac ceci stimulos amoris: quoꝝ difficilis est euitatio: in potestate habuit. Nihilipendẽs humanã gloriã et passionibus anime viriliter resistens. Carnẽ quoq; ne lasciuire inciperet et callentis etatis flammas ieiunioꝝ frigore et carnis macerationẽ curauit restringere: custodiens illã ab omni illecebra et ab omni feminarũ cõtubernio ꝛ cõtagiõe: ꝑpetuã eligẽs ꝛ custodiẽs castitatẽ: ꝛ in corpe mortali celestiũ emulat⁹ naturã. Elũ ꝑpter has et alias multas animi sui eggregias virtutes pluribus bonis ꝛ doctis viris amabilẽ se prestiterat. Solicitabat plurimoꝝ grauiũ viroꝝ ex scola parisiẽ admonitione: quoꝝ sibi familiaritatẽ ꝓbitate ꝛ virtute pepererat quatenus se iuriscanonici aut theologie doctoratu insigniri pateret. At ille conatus amicoꝝ: fascẽs sibi magisterij ingerentiũ ex humilitate declinãs: non indigere cõditionẽ suam kathedra doctoralit: respõdebat sufficere sibi ratus si doctus magis q̃ doctor euasisset. Subibat et animũ dum apud parisius versaret: religiõis alicuius arctioris ingrediendi cupido: ꝛ euangelice pfectionis doctrina in pectore eius iugi meditatiõe insederat: vt sublimiũ magistratuũ ꝛ honoꝝ quos sibi in patria ꝓuenturos haud dubitabat calcatis insulis et omnibus terrenis derelictis: nudũ redemptorẽ: nudus redemptus seq̃retur. sed hunc ipsius cõceptũ ne ab eo pficeret: maiori illum certamini q̃ quod in cenobio geri solitum est dominus reseruans auertit.

Tractatus

Capitulum quartum.

Septennio apud parisieñ scolas Stanislaꝰ in summa discẽdi solicitudine exacto: haud indignã secũ bibliotecã referẽs polonią rediit: et amboꝝ parentũ morte in hereditate locupleti se videꝫ relictũ: omnẽ substantiã in pauperes christi ꝛ turbas inopũ fouens pauperes vltra sui mensurã pia et liberali erogatione distribuit: expedicius absq; sarcinis terrenis dño seruiturus. Mondũ siquidẽ omne ꝓpositũ assumende religionis a se relegauerat. Et quẽ nam modũ ad melius viuendũ assumeret: assidua pplexitate distinebaꝫ: cũ interdũ illi priuata et cenobitica vita apparet securior: interdũ vero oculere acceptũ talentũ: et sibi tantũmodo: alijs neglectis ꝓfectũ cõferre non satis salutiferũ neq; ampli meriti videbaꝫ opus. Presidebat eo tempore Cracouieñ kathedre Lampertus qui et Zula: qui Aaron archiepiscopo Cracouieñ succedens pter eq; archiepiscopalia insignia negligẽs sedem Cracouieñ ex archiepiscopali in epãlem detraxit: spectate virtutis pontifex et rare in deũ vir religiõis comis atq; frugi. Cuius tũc spectata et celebris in omni polonica ecclesia habebaꝫ opinio: fidei altitudine pietatis fastigio. Qui Stanislaũ ambigua colluctatione de ineundo vite genere et mutantia trahentẽ desideria distenẽũ se accersijt. plurimũ enim vite et doctrine illi didicerat ineſſe fulgorẽ: et ad expediendas quaslibet necessitates et causas solertẽ ꝛ pinguis minerue: puri q; ac detersi animi iam tunc vernantẽ virtute. Quẽ et ad assumendũ ecclesiastici status ordinẽ perlicit: et in ecclesia sua Cracouieñ creat et constituit canonicũ: magni illũ vt erat precij virũ in presens et futurũ instinctu diuino dinoscens. Cumq; ab eodẽ episcopo monente et exhortante sacerdotalibus iniciatus esset sacris: ita in ordine illo militãs quẽ ad modũ et religio nostra et susceptũ prescribebat munus: omnes sacerdotes sua mãsuetudine quincens: ꝓdicandi deinde curã in dioceli et eccl'ia Cracouieñ suscepit: ꝛ suauitate eloquij gratissima: plurimos mortaliũ in amorẽ dei accendit cũ doctrinã suã vite nitore: et mundioris cõuersationis exemplo ornatã vniuersis ꝓponeret imitãdaz. Spectabaꝫ siquidẽ in eo mitis et humilis animus: modestus: quietus atq; purus: ad domanda sola vicia erectus: quẽ nec arrogantia vnq; extulit neq; indignatio ꝓcipitauit: magni amoris in deũ et proximũ: specimẽ et pfecte virtutis indiciũ preũ: esco misofer pen cupiditatibus repmẽdis et pro sapiẽtie ꝓfectiꝰ capescendis nocte et interdiu abstinentie se legis constringens: et indesinẽter diuinoꝝ librorũ lectiõi inherens: corpus ieiunio et iugi meditatione

vigilia et exercitio cotorquebat: gloriosisq; pro christo sudoribꝫ sese exercere iugiter sathagebat. Qui cū talis esset studebat tñ magis ignorari q̄ dinosci. Et quoniā Lampertus episcopus fracta iam et fessa etate et corpore: infirmitatibꝫ se nouerat Stanislaū sibi succedere delegebat vt senectutis et debilitatis ocio frueretur: sed Stanislaus ad cōsentiendum nullo pacto poterat induci. Lapiebat Zula Cracouieñ antistes ex Stanislai vita et doctrina et merito voluptatē pīmaximā et exultatiōe adeo ingenti afficiebatur vt nemo magis videꝫ electiōis sue iudicio spē vberrimā respōdisse: et Stanislai nomē et famā per preclaras artes et studia propensum fieri: fiebat adillū ex vniuerso polonie regno frequēs tam ecclesiatico q̄ seculari tū cōcursus: vel eruditi in casibꝫ ambiguis expetentium: vel suis cōscientijs cōsuli deposcentiū: quos ille vt erat natura facilis et leuis: benigne exceptos sua institutiōe t doctrina reficiebat: insitā a natura prudentiā cū doctrina habens: cōcretā et gloriosam habens a deo prestitū spīm et excelsum fide et spe plenus animus: et benignū ingenium atq; clemens bonis operibus assidue pascebat: omnē simulationē dissimulationēq; perosus: simplex fuit: et pectoris aperti: solam veritatē habens in estimatiōe et in cultu: assidue lectioni aut p̄dicationi verbi dei aut causarū expeditiōi: que apud illū cōfluentiā quandā fecerat intēt us: tempus persecordiā diffluere nō sinebat. Videꝫ deniq; Zula qui et Lampertus Cracouieñ epūs se grandiori euo onustū esse: curā omnē regēde diocesis in eū verit: illāq; sibi cōmittit in qua ita vsꝰ est vt q̄cūq; negotia p se ꝓuida deliberatiōe discuteret et mirādū se cūctis nō ex factis tñ sed ex verbis preberet: consilijs eruditus atq; curans audientes.

Captulum quintum.

Lamperto tandē Cracouieñ episcopo: pro cōditione mortali vicesima quinta die mensis nouembris: anno dñi millesimo septuagesimoprimo morte absumpto: et apud Cracouieñ ecclesiam tumulato de sufficiēdo nouo pontifice Comiciorum dies secunda februarij dicta est: ad quam cum prelatorum canonicorūq; Cracouieñ frequētior ordo confluxisset. In omniūq; pectoribus ea inspiratio is sensus ea voluntas versaretur: neminem Stanislao Szczepanowskij pontificio dignioremꝫ obiebat ipe singulorum domos et ianuas et se illo culmine longa persuasione ostendebat indignum: sed mirum in modum incredibilis multitudo non solum ex Craconensi vrbe: sed insuper ex vicinis opidis et vicis plebanorum militarium ciuium et agrestium quasi ex composito et signo dato acceptoq; ad suffragia ferendo

conuenit vna omniū voluntas idem votū compar et cōcinnis vociferatio et acclamatio Stanislaū Cracouieñ dignissimū episcopatu: felicē fore ecclesiā: felicē ciuitatē: felicē populū: tam inclito pastore et celebrem tam insigni et glorioso sacerdote. Incredibili deinde cupidine oīm suffragijs Stanislaus Sczepanowskij vir virtutis explorate atq; doctrine: verus israhelita in quo dolus nō fuit: fm cor dñi electus: et vas electionis admirabile: eloquio et sapiētia pollens: necnon perito lege diuina et humana eruditus: operibus celebris t rerū magnarū assidua praxi atq; vsu expolitus. Ep̄us declarat: qui honos ante eū habit⁹ est nemini: verum ille vt erat vir mirā redolens mansuetudinē et humilitatē: prece et assidua instantia rogatus: pluribus dieb⁹ de cōsentiendo reluctabat: asserens se tanti honori et oneri indignū: nec inbecillitati sue fasces pontificalis dignitatis cōuenire: aliū vegetiorib⁹ lacertis vegetioriscq; ingenij virū quererent: cui magistratū tam sublimē: et tam difficili tempore mandarēt: se illor postulationi et summo sacerdotio videri sibi immeritum: nec cōceptis spebus respondurū. Multa vi precū obsecrationūq; a viris insignibus ornatissimis pertinaciter cōtendentibus: multis supplicationū fletib⁹: magno cū labore tandē expugnatus: pauens ac tremens vi quidē charitatis impulsus: officiū pontificale suscepit: licet magno desiderio delitescere in quiete flagrauerit et electioni sue profundo satis et verecundo pudore: vix tandē prebuit assensum: ne ordinationi diuine videret refragrari que per tot ora et suffragia humana sibi innotescebat. A summo quoq; pontifice Alexandro papa scōcui conditio Stanislai non litteris tantūmodo Bolislai polonor regis cleri et populi sed relatione multor fuerat pat efacta: confirmatus est: t eius iussione in episcopum cōsecratus: principatū Cracouieñ ecclesie et iugū dñi: supbis quidē graue humilibus vero collis leue: in dilectione dei pasturus creditū sibi gregem suscepit. Annū vite agens sextū et triceſimū sola ꝓbitate et virtute solo vite merito sola vocatione diuina et humana clarissimā inter polonice ecclesie kathedras sedem in vrbe vrbiū polonicarū Cracouia et pontificatū sortit⁹. Tunc quidē cleri populi et oīm vulgari voce apostolico insup decreto destinatus pontifex: sed morū sed virtutū sed virtū et omniū cerimoniarū pontificaliū a iuuentute peritissimus obseruator Tunc quidē pontificū vnctione visibili cōsecrat⁹: sed dudū spūssancti crismate inuisibili vberrime p̄fusus. Tunc in summū sacerdotiū ab hominibus euectus: sed dudū et exutero matris sue a christo dño qui illū sibi vas electionis preuiderat futurū: polonico gregi pastor predestinatus. Obtulit t̄ūc ad altare panem et vinū Melchisedech sacerdotis morem

emulatus: haud multo post tempore sui corporis viuã hostiam pro polonici populi salute et libertate in odorẽ suauissimũ oblaturus: humanam aũt electionẽ: tũc de Stanislao factã ostendit deus vt procedente sermone narrabim⁹ siue cõgrue volũtati mirabilẽ illũ fortẽ ꝛ egregiũ declarãs pastorẽ. Ea aũt tũc Stanislai ad pontificale culmẽ euectio: et rã transacta ꝯ subsequẽs vite cõuersatio quantũ a moderne eratis plerisq; episcopis differat: nemo est qui nõ nesciat: quoꝝ si vitã si cõditiões si mores si denicq eorũ ambitiosos et prauos ingressus rimatus fueris: reperies profecto non zelo dei: aut lucri animarũ: nõ ꝓprie nõ ꝓximi salutis profectu in officiũ pontificale adduci: sed locupletatiõe ampliori et substantia velut ad negotium prouocari.

Capitulum sextum:

Pontificalem ordinẽ et sarcinã Stanislaus Cracouiẽsis epũs adeptus: vere humilitatis virtutẽ: eo ascensu non deposuit sed vitã omnẽ suã omnesq; mores atq; actiones arctiori custodia et castigatione arctioribus: quo ꝯ cõmẽtie vinculis constrinxit et in religiosoꝝ formã redegit. In virũ quoq; subito mutat⁹ diuinũ: ad amorẽ celestiũ calcaris terrenis: assidue dirigens affectũ: vera et pfecta celestiũ cupidine tenebat: sciens et sibi et cuilibet alteri presularẽ eminentiã gerenti necessitatẽ impositã aplicam vitã emulandi: ꝛ supra omnes monachoꝝ sortẽ ꝓfessos excellendi: ridiculosum imo periculosum ratus non sequi eos cõuersatione et merito quos sequebat ordine et dignitate: et põtificali culmini nõ adiicere vite sublimioris pfectionem. Ex noue insup dignitatis accessione. ardentioꝝ quoq; mens ad rectam atq; exquisitã viuendi normã accedebat. Spiritui itaq; carnẽ subiecturus: cilicina toga illam vestit: qua in diẽ mortis amiciebat: carnem suam cum vicijs et cõcupiscentijs crucifigẽs. Non aliter se posse carnis incentiua et fallacias demonis superatũ iri nisi prius domata carne seipm erudiret vt carne attenuata parsimonijs et spũs efficeretur robustioꝝ et grex sibi cõmendat⁹ magis instituere ꝯ exemplo ꝯ voce. Nihil sibi prestantius nihil officiosius ducens ꝯ sequi per oẽs conatus ꝛ studia: perq; omnẽ vitã saluatoris veneranda vestigia. Nihil insup habebat vel magis ꝓpriũ vel magis vsitatũ ꝯ viros bonos cõsilio iuuare vel auxilio. coꝝ suũ et mentẽ ab affectibus relegans terrenis et supernis illud omni nisu et conatu coaptans. In elemosinarũ largitione adeo feruidus: adeo profusus vt edes illius egenoꝝ et languidoꝝ fortẽ multitudine refertas: mater boni operis miseratio et pietas etiã a puero cum illo mansit.

Super omnes quoq; egenos pupillos viduas et miseros misericordie illius opera fundebant. Lecoz erat baculus: indigentiū refectio: oppressoz refugiū: lugentiū solamen: omnē substantiā aut indigentib⁹ et ecclesijs fabriciscq; eaz distribuens: aut in esurientiū visceribus recondēs: pecuniā dominī sui fideli dispensatione fenerat⁹: celestiū diuitiarū sanctā cōquirebat vsuram. In omniū virtutū genere pfectionē adept⁹: ipe magnus: fide firmus: humilitate insignis: castitate celebris: abstinentia admirabilis: effulsit. In quo lucebat humilitas vltima manſuetudo ineffabilis: miseratio immēsa: cōuersatione discerta: iustoq; libramine diuitū iuxta ac pauperū tractans causas atq; iudicia: ad quoz sincerioze decisionem siquid difficili⁹ iudicandū occurrisset: prelatos et canonicos ecclesie sua doctrina et vsu periciores adhibebat. Semp se exhibens humilē semper benignū semper mitem semper modestū semper dulcē semp amabilem: et ab omni parte vno et eodem tenore suauiter spirantē. Singularum Ecclesiarū sibi et sue dioceſi subiectarū: parrochias nō per archidiaconos et substitutas personas: sed psonaliter quotannis obibat: scrupulosa indagine singula et in ministris sacerdotibusq; et in plebibus plustrans: et singulos excessus deformitates et vicia benigna sedulitate corrigens extirpans et ad recta transformās: et id q̄ maxime ꝓuidens atq; ꝓcauens: ne sacerdotio et cura animaz fungentes feminarū amplexibus et cōtubernijs fedarent sed publicā et religiosam agerēt vitā: apud oculos diuine maiestatis nitidam: et in cōspectu hoim exemplarē: sciens facile deum transgressionibus populi ignoscituruz: et indignationē suam auersuruz: si sacrificiū illi et ꝓ peccatis populi hostias offerentiū: gratiozent vultus. vulgares ꝛo populares q; assidua doctrina assidua exhortatione et exemplo: ad fidei fulmitatē: ad religiōis et charitatis augmētum: ad virtutes: bonosq; mozes sectandos: ad animi cultū iugiter retinendū cōcitabat. Summa illi integritas: summa grauitas: summa vite moderatio: singularis quoq; et cauteloſa ad omnē sermonē accomodata ratio: vt nil vnq̄ ꝓferret vel leue vel nō plenū vel nō dignū: summe honestatis viro: humanitatē tam ciuilē tam benignā in singulos effundēs: vt oim videret cōmunis parēs. Ad hoc vnū incūbens ad hoc lucubrās vt ꝓdesset q̄ plurimis. Quicq̄d ocij a publicis ꝓuatisq; negocijs supeſſz Id totū aut obsecrationib⁹ aut sacrarū litteraz cōferebat lectiōi: die noctuq; in oratorionib⁹ vacans: magnā de se castis mentib⁹ dabat edificatiōnē. Anim⁹ illi in cōsulēdo in iudicādo in decernēdo liber: ab oīni ambitione cupiditate vel liuoze vacu⁹ et purus. Omniū eñ mortaliū cupidinem de sede sui pectoris ꝓfus eliminauerat. Cura illi ꝓcipua ac familia-

tis fuit: oppressorum causas suscipere ac tueri: solitus ferre oppresso refugium: defensionē infirmo: presidiū quātalibet calamitate cōclusо. Electis illius simplex atq; neglecta: omnē excludēs fastum atq; nitorem: ad modestie cōpositа cultū et que cōtemptibilitatē apud rudes et ignaros tammodo excluderet: modestiā seruans in vultu et in incessu: caritatem et grauitatē in sermone: et tenuitatē simplicitatēq; in vestitu quorū luxu atq; splendore nostre etatis pontifices atq; eox exēplo inferiorіs ordinis sacerdotes: adeo presumptuose vti video vt quodlibet purpure pelliū et indumentox genus quod vix in laicis tollerabile foret nō fastidiant: vestitū em̄ querūt et deferūt qui extollat magis q̄ contegat: non qui frigus a corpore arceat: sed qui per molliciē et calorē luxuriet. Quibus vestibus leuitarū genus et pontificale amiciri et cōtumeliā sapit in deum et impietatē in animā oblitі vt reor vitionis diuine: de Thulio hostilio sumpte: qui licz et rex et gentilis: omnis quoq; nostre christiane religionis expers cultibusq; ydolox deditus: quoniā primus purpurā inter mortales induerat: fulmine ictus cū omni domo flagratus interijt: tam horrendo delerus fulmine vt nec suprema honos ei a romanis persolui posset: celesti flamma in eam cōditionē redactus vt eosdē penates et regiam et regnū ac sepulchrū haberet. Oblitі et diuitis Epulonis quē veritas euangelica quoniā bisso et purpura indutus epulabat splēdide per petuis cruciatibus apud inferos depuratū cōmemorat. Oblitі et aplox in quorum successerūt locū: apud quos et in vestitu et in habitu nihil poterat notari nitidum nihil molle nihil nobile nihil accuratū. Itaq; magis conueniret vt viri ecclesiastici ad cultum anime q̄ corporis intenderent et conarentur illam assidue facere pulchriorem. Cum et in veteri lege q̄uis crassius et carnalius: tūc quodā modo humanū eruditet genꝰ vestium ornatus etiā secularibus fuerat interdictus. Sed a narratiōis disgressus semita meipsum reuocabo: et ad Stanislaum nostrum de quo mihi omnis presens stilus susceptus est redeo: mores sui virtutis plenі mira humilitate mansuetudine pietate benignitate: ad omnē morigeram euangelice perfectionis et doctrine compositi: quibus facile in sui corporis templo spiritui sancto diuersox iocundum effecerat. Spectabaturq; in eo grata benignitas: accepta humilitas: cōuersatio mansueta: vita nitida: et tam in verbis q̄ factis grauitas: mirifica cōdita comitate. Adorem insup beati Siluestri Romani pontificis imitatus: oim viduarū sue diocesis habebat noia cōscripta: quib' t alijs q̄s egestate nouerat premi: liberaliter et p mō facultatū subueniebat: erga inopū viduax t egenox prouisionē nō solum mentis pietate sed etiam corporis labore solicitus

In quorum refectione frequentius illum cõstabat exclusis seruitor̃ offi-
cijs p̃prijs manibus singula cibi et potus necessaria illis administrasse
Ruditates quoq; eor̃ nouo amictu texisse: panẽ egenis ꝑprijs articulis
fregisse: ollas eorũ et calices diluisse. In lauando pedũ officio sepenume
ro administrasse: vulgarẽ pontificũ polonie edificantiũ syon in sanguini
bus et in cognatos fratres cõsanguineos ac nepotes ditandos patrimo
nium ꝑfundentiũ Jesu christi detestatus viã exquisitiorẽ et pfectiorem
deligebat: et pontificales introitus in egenor̃ et viduarũ sumpt⁹ expen-
debat: paupertatiq; illor̃ cõsulebat et pudori: plereq; eñ ex illis clamo
stina egestate eligebant affligi q̃ publice stipem emendicando confundi.
Ad omniũ deniq; hominũ in sua dioces cõsistentiũ curã salutẽ et custo-
diã vigilanter se ac pastoraliter exercebat: et circa gregis sibi cõmissi cu
stodiã solicitis excubijs supintẽdẽs: id agebat id ꝓuidebat id summope
curabat id operosis exequebat conatib⁹: vt pius quisq; et religiosus ad
ampliorẽ virtutis crescere segẽ et lapsus aut obstinatus ad regiã reuo
carẽt caulã: dispensationẽ amplissime dignitatis et longe lateq; patẽtis
dioces rationẽ: nõ tñ pro reb⁹ actis sed etiã pro neglectis et oñissis
a iustissimo iudice qui nequit falli assidue cõmemorans sibi iminere. Ge
minarũ alarũ volatũ renens et puritate mentis ferebat̃ per cõtemplati-
onem in deum: et onere non deprimebat̃ secularũ curarũ a cunctis ter-
renis animo intimo suspensus contagijs. In executione aũt pontificalis
officij sic virtus diuina illi visa est astitisse vt nõ in prouincia solũ polo-
nica sed in circumuicinis regionibus clarus et celebris haberet̃ virtutũ
suar̃ aromata odore gratissimo per loca q̃plurima diffundẽs et tanq̃
cedrus libani in ecclesie paradiso plantatus: altitudine cõtemplationis
erectus: virtutũ odore suauis: fame sinceritate penitus imputribilis: ob
que officia singularis illi a popularibus iuxta ac proceribus exhibebat̃
honos: qualẽ ante eum assequt⁹ est nemo. Adignoscendũ iniurias et ad
tollerandũ facillim⁹. Nam cũ quodã tempore ab vno sue dioces milit-
tum Joãne de Brzeznycza ad benedictiõis munus ecclesie sue in Brze
sznycza impendendũ: in prefatum villagiũ sacrationis opus expleturus
aduenisset: ab eodẽ milite ius hospicij violante per iniuriã inde pulsus ꝛ
electus nõnullis familiaribus et seruitoribus suis tiranne verberatis et
cesis: et quasi nihil iniurie ppessus: tota alacritate in vicũ qui hactenus
pustinija dicit̃ cõtendit: et noctis primas in fame: secundas vero in ora-
tione tenebras cum sacerdotibus et familiaribus suis in prato ville vi-
cine exegit. Hac tantũmodo voce pro ignominiosa sua exclusione et im-
properijs cõuicijsq; quibus illũ Joannes miles affecerat imponendo illi

q̄ ex patre sortis tenuis et picem braxare et tractare solitu: ortus foret
contentus: quando inquit dñe destinato loco impendere benedictionem
non sum admissus. Tu huic in quo consisto bñdictionē largiaris: abinde
loco nomē datū appellationēq̄ sancti prati in hunc vsq̄ diē sortito: alte-
ro quoq̄ die Joanne milite illic aduenīente ꝛ reatū suū pfundo pfitente
pudore: clementer et facile pacifici pectoris leuitate violationis sue et
suorum dedecus singulasq̄ iniurias ignouit. Et cum satis supq̄ satis fo
ret iniuriā remittere: adiecit etiā charitatē: aiens se ꝓtumelijs et impro
perijs nō moueri ad iniuriā sed magis firmari ad charitatē. villagiū cui
Brzesznijcza a quo postridie cōtumeliose exclusus fuerat repetēs et cle-
mentie potius q̄ alicuius lesionis signa mōstrans opus dedicationis ex
pleuit: ac iniuriā beneficio rependit sciens sibi a cōditione et sanctitate
pontificalis ordinis gloriā impositā esse ignoscendi. Sed nec tam clari
facinoris quod et miles in pontificē et pontifex in militē egit obliterari
potuit conditio: locus in quē se sanctus postea q̄ ex Brzesznijcza electus
fuerat cum suis recepat gratia diuina non caruit: sed pluribus prodigijs
ad inuocationē nominis viri sancti effulsit. In diebus quoq̄ nostris ma
iori veneratione frequentari ceptus est dum illum fidelīū deuotio Sbi-
gnei cardinalis ꝛ episcopi Cracouiēn permissu supedificata in honorem
et titulum martyris ecclesia: ad quā christifidelīū in vtroq̄ pontificis fe
sto concurrere solet varia martyris exꝓta beneficia multitudo contexit.
Si quis aūt Stanislai clementiā et facilitatē et in ꝓdicto opere ꝛ in plu
rimis alijs quotiens vel iniuriabat vel violabat: cum moderni tempo-
ris moribus velit cōferre altū pfecto sequestrum inter vtraq̄ reperiet.
In quo pontifices si quando vel leui colliduñt offensa non se solum quod
et ipm quoq̄ monstruosum est ꝓbent inexorabiles: sed omniū generū cō-
tra eos qui deliquerant vltores. Stanislai nostri decus amplissimuz est
qui maiora benignitatis et clementie q̄ iusticie et rigoris maluit monu-
menta reliquisse.

Capitulum septimum.

Qum itaq̄ Stanislaus Cracouiēn epūs celestem in terris ex
ercens vitā: pontifex totus virgineus et ab incētiue carnis
illecebris alienus vigilanti et indefessa cura supra gregis si-
bi cōmissi custodiā et erga omnē sacerdocij curā diebus ac
noctibus desudaret et non verbo tm̄ perfecte doctrine: verūetiā in ope-
re cōsumate disciplīne virū se per omnia fide scientia et virtutibus apo-
stolicū dem̄ ostrasset tale habēs verbū qualē et vitā: ita vt nec doctrina

deesset actioni nec actio doctrine: sed paribus passibus que doceret age
ret et que ageret doceret: atq; in charitate radicatus palmites sacre do
ctrine longe lateq; diffunderet: vita t facūdia sua eruditens plurimos et
conuerti faciens ad dominū transgressores: t cū multos doceret verbis
plures tamē formabat exemplis: nihil imperans alijs quod nō prius ipse
a se exegisset. Dum insuper introitus sui episcopatus circūspectione pro
uida ad vbertatē altiorem redegisset; veteribusq; fundis nouos per co
siquidem domini celeberrimam tunc ostendit virtutem ⁊ sui fauoris accomodauit auxilium in re grandi ⁊ difficili a qua humanā credulitatem videbat abhorrere clarificās et future resurrectionis articulū et eiusdē resurrectionis ostendens virorē et cōterens ambitionē sortis suo nomini dicare impetitor. Illustrata insup est eo ipso ꝓdigio nostre christiane religionis nostre iusticie nostri cultus atq; fidei purissima credulitas: et per parcialē vnius indiuidui ex mortuis resurrectionē: future nostre resurrectiōis quā fide credula profitemur ꝓmonstrata sunt trophea et katholica veritas effectu visibili pergustata. Que aūt de resuscitatiōe triennali Petri militis a me narrant non in obscuro gesta sunt sed in publico sed in ꝓpatulo et in magne multitudinis tam ecclesiasticor ꝙ secularium qui hec nobis tradiderūt virorū conspectu. Testibus etiā solennibus et omni exceptione maioribus dum viri sancti canonisatiōis tractaretur negotiū apud examinatores explanata vniuersaq; polonica ecclesia huic adstipulat veritati. adstipulant loca in quibus et resuscitatio petri militis et iudiciū regiū agebant que vsq; in hec tempora velut magnitudinem miraculi testantia multū venerationis retinent: et frequenti populor celebrant concursu: quor alterū beate memorie Sbigne⁹ cardinalis et epūs Cracouiēn muro coctili alterū fabrica lignea suprędificatis pulcherrimis ecclesijs insigniuit: adstipulat et petri militis Sepulchrum: cui cardinalis ipse ex simili muro capellam superimposuit: adstipulat et katholica ecclesia que in generali Basiliēn concilio cōtra quartum hussitarū hereseos articulū de temporalitate bonorū ab ecclesia rescindenda disputans viuificationē et resuscitationē huiusmodi insigniter cōmemorat eo inter alia vel maxime vsa argumento: ꝙ beatus Stanislaus Cracouiēn episcopus occupationem villagij ecclesiastici prohibiturus triennem mortuum resuscitatum duxit in testem dogma illud pestiferum cum suis iugulauit assertoribus.

Capitulum decimūseptimum.

AC eo autem et deinceps tempore beati viri Stanislai nomē macte virtutis non apud polonos solū sed et in vicinis regionibus haberi ceptum est: et veri apostolici seminis vt erat germē ab vniuersis reputari: deiq; omnipotentis clementia ex suo opere in grandem admirationē verti: qui tanto miraculo nulli alteri mortaliū concesso Stanislaū epm voluit esse conspicuū. Erat in ore omniū ac sermone Stanislaus summas in eum laudes accumulantiū qui validum vite et dogmatis sui per resuscitationē Petri acceperant argu-

mentum: neq; alius nobilior neq; celebrior inter pontifices illo censebat
Memoq; ex grauibus et eruditis viris erat qui magnitudinē et calorē
fidei que in Stanislao tunc' pluxit: magna laude nō extulerit qui illū as-
siduis sermonibus nō celebrauerit adeo vt magno domi foriscq; habitus
preconio: vere vir sanctus vere apostolicus vere diuinus vere in sermo
ne intra atq; opere potens putaret. Quid eñ pro illo tempore apud po
lonicā ecclesiā mirabilius quid sublimius quid insignius q̄d magnificen-
tius Stanislao Cracouien epō: qui hominē ante triennīū resolutū: tabe
confectū: in cineres redactū: quod moralium pectora non solū credere sed
nec suspicari poterāt cōditionis quodā modo sue oblitus se in testē pro-
ductuq; astruxit. Ea nimirū fretus fide quasi in potestate sua et arbitrio
vita et mors cōsisterent et crederet se perficere per fidē: quod hoies nul-
latenus assensuros sciebat per credulitatē. Cui penetrabiles fuerūt infe-
ri: claustra achirontica peruia. Qui quante fuerit sublimitatis quāte in-
nocentie quanti meriti tum primū ex̄uis diu in sua simplicitate et humi
litate latebat ostendit. Plurima insup alia per illū miracula cōstat ope-
ratum deū: subijciendo illi demones et variarū passionū condonando sa
nitates. Solet aūt a nōnullis modernis fidē fluxam et ambiguā haben-
tibus et qui discredūt omnia in virtute dei possibilia esse credentib⁹: mi
raculi a beato viro Stanislao in petri militis triennio in funere tacētis
resuscitatione editi magnitudo in dubiū reuocari: ad quā vacillationez
ex diuturnitate mouentur temporis et raritate exempli cum nullus vel
saltem rarus sanctorum legatur tam inueterati temporis mortuo vitā
dedisse: et causa propter quā tam mirandi ꝓdigij concederetur effectus
minus ardua et sufficiēs et que cum fidei causis quas illustrari insolitis
dignatur diuinitas miraculis nihil habeat cōmune sed ad temporaliū
duntaxat conseruationē pertinere videatur. Verū facile he eorū opposi-
tiones refelli frangi et siccari possunt. Nō eñ propter vnius ville vt hi
letargico garrire sensu nō verenť preseruationē: sed in magnū fidei san-
cte et religiōis orthodoxe quā polonorum gens ruthenoq; et barbaroq;
artibus septennio imbuta fastidire et ostentui habere ceperat augmen-
tum: et robur sempiternū vt poloni qui nunc̄ in se et maioribus suis si-
gna viderant: in semel fide cepta viso tanto miraculo in suā etiā posteri
tatem viridi semp memoria traducendo diuina ꝓpitiatio p̄senti et futu-
re eorum imbecillitati ne in aliquas superstitiones hereses et scismata labe
retur benigna prouidentia cōsulens creditur stupendū et insolitū miracu
lum beato viro Stanislao quē in vita et post mortē eque magnis insignē
vniuerso orbi demonstrare disponebat quasi quandam sue future glorifi-

cationis arrambonem concessisse. Sed nec diuturnitas temporis trien
nalis et miraculi vt aiunt sine exẽplo patrati eos potest mouere magni
tudo: deus quippe noster et dominus Jesus christus qui primus ad imor
talitatẽ corpus suũ excitauit: resurrectiõis dñi in commune esse tribuit
apud quem nihil interest nunc ne vel in die nouissimo totum corpus ho
minis per elementum diffusam ac disseminatum: non in amplius aliquid
sed in mensurã suã resurgat ad quã tunctationẽ vel verius incredulita-
tem iugulandam ampurandamq; duo similima exhibebimus miracula.
Que sane ingrati et increduli cuiuslibet perfidiam soluere possunt admo
nereq; corpora lapsa et in morte soluta resurgere Jmperator Romano-
rum Traianus gentilis ipse et barbarus sanguinis insup christiani effu-
sor: fideiq; catholice et religionis nostre persecutor acerrimus et hostis
Ad beatissimi Gregorij pape Romani preces propter vnius vidue vir-
tutes videlicet contra filiũ ipsius Troiani querulantis administratiõnẽ
iusticie insigne non post trienniũ solum sed annis plusq; quadringentis
mortuus: corpus quoq; per singula membra putrefactũ et vsq; ad pulue
rem sola lingua excepta redactũ legat suscitatus. Caput insup humanũ
integrũ vt Petrus de palude scribit wijenne Galliarũ ciuitate a fodi
entibus alcius terram repertũ: et quoniã in qualibet parte neruis t ossi
bus nudatũ esset: labia tamẽ retinebant carnea et rubra misteriũ latens
habere creditũ ad episcopũ loci platuz. Et cuius nam caput foret quaue
causa in omnibus locis carne et cute spoliatũ labia tantũmodo carnea
et pumica retineret per episcopũ adiuratũ se esse et fuisse vnius sarraceni
in fide pseudo Maumethi mortui caput respondit. Et quoniam in gen-
te sua dum viueret iudicis officio fungeretur: nũq; quoq; de labijs suis
iniquissimũ iudiciũ prodijsset: carnem roseam in labijs diuina miseratio
cui semper iusticie cultus fuit placidissimũ obsequiũ quoadusq; in nomi
ne sancte benedicteq; Trinitatis baptiser donauit retinere Quo audi-
to wieneñ episcopus aquã afferri iubens caput sarraceni taliter diuina
propiciatione loquentis: in patris et filij et spiritussancti nomine bapti-
sauit: eucstigioq; baptismo percepto in cineres vna cũ labijs yt sermoni
bus sui euidens proueniret efficacia solutum est. Ex quibus et pluribus
alijs vulgata experientia cõpertũ est: q; diligentibus deũ lingula perula
sunt singula facillima: nullũq; miraculũ nullũq; beneficiũ virtute diuina
nec eor intercessione prestandum putari debet incredulũ. Sed quid mi-
rum et incredibile apud fideliũ mẽtes censeri debet si resurrectionẽ quã
in se redẽptor noster ostẽdit. Jn petro quoq; milite post triẽniũ monstra
uit. Jn gñe hũano illã vniuersalr in fine seculi qõ credula fide didicim⁹

et firmissime credimus monstraturus. Neq; eñ deus qui trausiturus ad patrē poreſtatē maiora signa q̄ que ipſe egerat ſequacibus ſuis opandi cōtradidit: aut fidei virtutē in pontificis pectore vigentē negligere voluit: aut iuſticiam a calumnia peſſundari tulit.

Capitulum decimūoctauum.

Oleuerat poſt tempore aliquāto regius cōtra Staniſlaum furor. Rex quippe magnitudine miraculi a viro beato in reſuſcitatione Petri militis oſtenſi deterritus et ferociā et coleram dudū aduerſus epiſcopū cōceptā coactus eſt deponere nec in virum dei meditari extrema ſinebat. Clerū hoſtis humani generis pacis emulus zizanie ſeminator: quietem regni polonici t ſtatū eius quaſſaturus noua cōmenta turbationū cōflauit. Interim equidē tempore procedente cum Boleſlaus rex contra wſchewoldū kyouienſū principē et ceteros ruſſie duces arma aſſumpſiſſet t poſt reſ feliciter t victoriose ab eo in ruſſia geſtas: metropolim ruſſie kyowiam cū vniuerſis copijs adiſſet atq; illic in omnū rerū abundantia ruthenorū ſiquidē duces et proceres officijs certando: tam obſequia q̄ munera intenderāt hibernaſſet militari diſciplina ſenſim labāte. Poſt q̄ ab externis feriarū forent prelijs in animo quoq; regis maxima rerū cōmutatio inceſſit: que illi et militibus peſtiferū luxum infudit: vniuerſus enim polonor exercitus in varias voluptates libidines et vicia ſolutus ſcortis conuiuationib⁹ vnguentis et balneis inuacabat: omneſq; ſtatus et ordines facinus luxus et intemperantie pſuaſerat: vicijs quoq; ruthenor victor polonor exercitus capi ſe et vinci ſinebat. Neq; luxurie blandū malū mediocres et infimos ſed t ipſos quoq; pmores polonor proceres pphenderat. Nā et ipſi q̄z formoſitate mulierū regionis illi⁹ captiuctiā eaq; pſuetudine detinebant. Rex inſuper polonorū Boleſlaus illecebrar⁹ ex prauitatibus adulterijs ſuper omnia mala que egerat ad tāte diſſolutionis veniens cumulum affluere delicijs et in laſciuias nō pmiſſas rñ ſed et pbitas ſolui. Sodomor Gomorreorūq; genti configurari cepit: in abhominandum perditionis gurgitē ſe immergens: feditſimū viciū cū iumētis quaſi permiſſe voluptates illi parū ſufficerēt: miſcebat. Et cum antea petulanter ageret in occulto: abhominandū luxū ſuū laxatis habenis impudentie publicare nō erubuit in aperto. Satius iraq; fuerat neq; victoriā de ruthenis tuliſſe: neq; illor regiones ſubiugaſſe q̄ a vicijs eor quos armis vicerat victum eſſe. Non tulit aūt victor omnū ſcelerū deus Boleſlai regis et ſui exercit⁹ puaricatiōes t impietates: ſed iuſtiſſima viciſſitudine

animaduersionē suam pro illis immisit bellandiq; secundos successus: domestica interpellauit seditio. Coniuges namq; sorores et filie procerū et militū polonie audientes maritos suos in cōsuetudinē ruthenicarū multarum plagos esse: alios diem obijsse: alios in cōflictibus desideratos fuisse: longa insup eorū expectatione fessę: pellicatus crimē altero crimine vltus re omni reuerentia matronali abiecta: proprijs seruis cōiugalem pudicitiā prostituūt et perinde ac si mariti eorū irreditur forent: ipsis nubunt et maritor ornamēta fortunas et opes in illos cōferūt. Ceteraq; mulierū pudicitia persuasione et violentia expugnabat. Id malū dū frequenti nūcio apud aures exercitus polonici perebuisset: magnus illico dolor in pectoribus singulor exortus: primū in fremitū et indignationē deinde in quandā furiā illos vertit: non secus etenī q̄ limphatici per tabernacula ad alterutrū discurrētes. suas calamitates acerbitate ingēti querebant: ademptes regem missionē precabant: denunciantes se rupturos imperiū ni sibi acquietū foret. Manabat opinio quouis maior relatu et aperterritis solicitisq; omnia credebant que timebant. Serpebat quoq; assidue dolor et indignatio militū: quoniā tristibus nunciis rumor supra verū singula extollens quotidie grauius aliqd adfingebat. Itaq; nulla militari disciplina poterant sed nec castigatione ducū in castris cōtineri sed iniussu regis eo inhostili terra deserto maior pars exercitus in propria cōcito gradu defluxit: et partim arte et ingenio: partim vi aperta seruos et adulteros opprimens de illis supplicia accepit. Quasdā etiā feminas capite damnauit. Truculentior post hec furor Boleslai regis et in milites et in feminas seuire: nihil pensi: nihil habens moderati cepit ex habitu noue fortune et noui quod in russia quesierat ingenij coortus: q; se deserto milites ab eo diffugierant asperisq; moribus superbiam et crudelitatem non ferendā cōiunxit. Vnde non secus q̄ in transfugas in illos animaduertit. Et nōnullos qui transfugiendi principium fecerant capite plectit: alios in carcerem trudit: aliorum bona publicat: mulieres quibus mariti miserati pepercerant singulari crudelitatis genere mulctat quibus abiecto fetu seruili catbellos ad papillas stupra seruilia vltum in sarbagens applicat: indignas aiens eas lactare prolem humanā sed caninā que humanitatis oblite: illicitos concubitus legitimis ptulerant: nec iuuenili parcens et infantili etati: crudeliter et absq; miserationis pietate rem exequebat. In suos deniq; q̄ in hostes facr⁹ pnicios⁹. Conditionē matronalē noue et plusq; inhumane pene adinuentione deturpans: inexorabilē se matronalis erati et violate pudicitie acrem punitorem pstabat. Nec in vna tantumodo ora sed per omne regnū diligē-

ti nequitia: que regis truculentia excogitauerat gerebant. Hec cū per se detestabilia forent: omnib⁹ tamē detestandis actionibus nihil detestabilius geri poterat nisi q̄ Boleslaus polonie rex vsurpatū in russia brutalem cōtra naturā vsum auxisse: non remisisse videbat: quē p̄sentis t transactę fortune inflatum morte iustitie t rectitudinis ceperat obliuio letis et ad voluntatē suā fluentibus rebus modū non interponenti: mai⁹ et pernitiosius periculū attetetimo sodomie vitio q̄ a circū vicinis hostibus habiturū qui suā horridā et oltoissimā libidinē in brutorū morē examplabat a bellicis animū artibus ad sordida que q̄ t nephanda traducēs: maiorēq̄ ext ūc hīe cepit voluptatis rōnez q̄ honestatis aut ꝟturis

Capitulum decimumnonum.

Qstq̄ ita q̄ Boleslaus rex polonorum cupiditates suas palam soluens nature lege contēpta in illicite libidinis vias et passiones miserabiliter ꝓpumpens. Egregia quoq̄ facinora sua in vetitā lasciuiā superbiāq̄ nō ferendā vertisset pontifici Cracouien Stanislao iam dudum ob vite integritatē candide virtuose et innocenter traductā in celestem et diuinū transformato virū: ampliande et sanctitatis et ꝓmerendā martyrū laureolā seges et materia ꝑbita quatenus per p̄liū cum rege incundū et cruciatus ab eo inferendos perinde atq̄ aurū in fornace ventillandus ꝓbaret qui vii tutū suarū aromata odore gratissimo non in ea tantūmodo cui p̄fuerat diocesi sed in vniuersa polonica ecclesia: et per loca plurima tamiāq̄ diffuderat. Singula autem que in regis Boleslai reprehensione administranda erant maturato perfecturus opere Gnezneñ metropolitano petro primas reprehensionis partes in regem relinquebat: verū regie tirannidi atq̄ indies serpenti truculentie ex omnibus polonie pontificibus qui tunc nūero nouem fuere refragratus est nullus: aliquātoq̄ tempore archiepiscopali dignitati deferens a rege corrigendo abstinendum duxit: dum vero vidisset illum segni indulgentia et metu regia dissimulare facinora: regē vero turpissimis voluptatibus magis magisq̄ inseruire reprehensiōis officium per negligentiam antistitis Gnezneñ Petri ad se deuolutū intelligens non amplius tollerandū putauit: sed gregis et sui et ceterarū ecclesiarū polonicaliū incōmoditates strennus pastor excluſurus cōsurexit et virū se per omnia apostolicū egit: veritus ne diuine iustitie si diutius dissimularet regia facinora et populorū oppressiōes in se sentētiā exciperet. Et si se in defendenda religione et veritate in liberando oppresso in tollerando obscenissimo scelere et desertorem se constitueret et prodi

rorem totius regni partes ipsius decretis sciens turbatas: pcelsum equi dem et arduum illud periculisq; inter litum reprehensionis iter a debili animo et fide clauda adiri non poterat: magnaq; sublimi et robusta res illa indigebat anima. Mouit enim cõditor noster quando persequtionis procellam consurgere pmittat; et iuxta ineffabilem sue benignitatis pro uidentiã; sub eodẽ tempore Stanislaũ pontificẽ et oriri et in sede pontificali Cracouien̄ presidere disposuit: pro defensione imbecillium animo se certaturum. Jam quidẽ Boleslaus rex relegata a se equitate iusticia clementia atq; pudore corrupte vie tramitẽ incendẽs singulis statib⁹ se onerosum pstiterat: opprimens diuites: paupes cõculcãs: humiliãs nobiles; t aggrauãs popl̃ares freq̃ntes subuectiões exigẽs t tributa grauia imponẽs: bona quoq; colonorũ et fruges: supba iactãtia aut corripiens aut depascens. Jn id quoq; vanitatis atq; demẽtie puenerat vt se adeũtibus respõsa nõ nisi per nũcios et interptes daret. Jta debachabat in tirannide vt ne specie quidẽ religiõis christiane seruare videret: dedignatur iam de simplicib⁹ cogitare trãsgressiõib⁹. Grandia queq; et in deũ et in hoies mollit. Jn quãdã quoq; desperationẽ et cõtemtũ veniens et q̃si ex integro se pcipicio tradẽs: nullius se rei inferiorẽ in flagicijs patieba tur: prauisq; cupidinib⁹ ad pniciosaz libidinẽ defluebat pessundat⁹ oculos mentis et corporis in nepharias libidinis veritc turpitudines defigens pniciosis vexabat affectib⁹: secũdis effrenat⁹ reb⁹ nature dignitatis et excellẽtie sue oblitus: ad irrogãda supplicia vehemẽs et pceps esse ceperat vt pleroscq; inauditos mulctaret exicio. Jnter ipa aũt crudelitatis regie facinora nulla erat mulicbris infirmitatis miseratio null⁹ tenere et infantilis etatis respect⁹ ad seua et assidua per lictores t pfectos a rege cõstitutos in puerpas et lactãtes exercutiõis decreta edebant. Ex quib⁹ oibus nũerus suas erumpnas apud Stanislaũ epm̃ deponentiũ et ipm̃ p̃ sua salure interpellãtiũ multiplicabat. Stanisla⁹ itaq; Cracouien̄ epũs impietatẽ regiã vidẽs in diuinã et hũanã grassari offensam et per campos mortales et per itinera sibi et regno pniciẽ et labẽ pperuã allatura regem discurrere. Tantã vidẽs assidue maloꝝ ladẽ tanta quottidie flagitia cumulari. Sic oia cõfusa sic oia resoluta vt tabo pessimo videre tur languidata: regios insuper motus et factiões ad maiora sensim progressos et progressuros fore. Considerãs insuper in reprehẽdendo rege in libertate ecclesiastica: in iure diuino t humano defendẽdo comitem se habere neminẽ ad regem plonaliter purus et feruens regie salutis amator: non minore spiritu iterũ accedit. Et exhortatione primũ illum benigna: deinde reprehensione increpat mansuetu animũ regium ex fortuna

et rerum licentia tumentē simplicīq reprehensione et placida sperās sa naturū: obsecrans et obtestans vt obscenissimā venerē nature hostē relinqueret vt tam terrimo facinore se decetero nō cōraminaret: vt motus suos clementie virtute moderaret et pſterneret: vt matronarū execrandā contumeliā et catulorū lactationē cōtra ius phasq impositā rescinderet: vt tributoq impositionē t subuectionum exactionē dissolueret vt in subditos mansuetudinem potius exerceret q̄ tiram vt dei leges et nature pariter iura non temeraret: vt male cōceptū retractaret decretū vt substantias quas per vim abstulerat reformaret vniuersis et ne se celestibus in se supra modū fluentib⁹ beneficijs demōstraret ingratū. Hijs et pluribus alijs ab episcopo Stanislao clemēti et mitissimo alloq̄o Boleslaus rex nobiliter comonitus obstinata primū cōtentione suam de catulis institutionē defendit asserens prostitutionē cōiugalē non ea tantū modo que inferebat pena sed seuiori t rigidiori mulctandā forent: et se tra mitem punitionis non excessisse. Verū Stanislao epō replicante et punitionem regiā crudelitatē barbaricā cōtinere differente: et n. summouea mullo pacto se eam tolleraturū confitente atq frequentius ostendente quantū regis flagitia diuinā exacerbent maiestatē: mox in bilem immensam vt se habet regū condicio agi cepit fastuq regio atq ira exaspatus sane mentis inops salubria atq meliora sentire nō potuit. Reprehensionibus siquidem tam rigidis admoneri insuetus: indignior sibi antistitis oratio visa est q̄m que per regias excipi deberet aures: veritatis quoq audiende insolens: vicijs tantūmodo suis et voluptatibus fauens: et erga bona sua: erga regnū: erga rempublicā parum cautus parū, q̄uidus: Ira furore vehemētia atq superbia pessimis cōsultoribus vtebat. Adulta tūc quoq et sue regie et pontificalis dignitatis oblitus in Stanislaū episcopū ore procaci effudit imprōperia t maledicta plura effuturus: nisi Stanislaus epūs mirā de se spirans mansuetudinē et patientiā furoris eius acculeos ebetasset cedens sepe nūero regio tam liuori q̄ furori: sperans se facile supbā et accensam mentē sua hūilitate t modestia sanatuq

Capitulum vigesimum:

Adeterius deinde assidue processit res: cecisq ausibus in exitialia abrupta: grassabat regis impietas et regie omnes actiones aut in ampliorē tirannidē verse aut in turpitudines abhominandas apulse. passionūq suarū alligatus vinctusq ferebatur infelicitate. Nihilq pudoris nihil penitudinis admonitus capiebat: varijs alligans animā vinculis et vndiq illi cōgregans nubes cor-

poralium voluptatū et in iram procliuus ac libidinem: fedis voluptatibus dederat manus magnitudo vt reor rerum et earū ad potiores q̄sq; felicitates cōuersio occasionē prestitit ⁊ subministrauit causam q̄ rex ad tam impias et sceleste actiōes cōuersus est: sine mortifero ex luxu inductus ingenio siue fato maligno a summo ad infimū velocius q̄ ascenderat relapsurus. Videns siquidē Boleslaus rex non statim se pro suis facinoribus a deo misericordie pcelli: sed suarū preuaricationū multipliciū differri vltionē recrudescebat amplius induratus: et se non sentiēs mortuū in perniciem suā et regni: fedissimis in deū et hoies preuaricationibus grassabat. Nichil pro salute et honestate sua pensi: nihil iusti aut legitimi habere: sed omniū statuū officia et ordines cōfundere humanitatem et clementiā in tirannidē vertere et spurcitijs sodomiticis indulgere. Constabatq; virtutē in pncipio regnandi ostensam simultaneā et nō veram fuisse. Tectaq; vitia diu latere non potuisse. In tanta siquidē flagitioz et sceleru fece: in tāto impuritatis ceno versabat. Tanta quoq; illū status officij ⁊ dignitatis cepit obliuio vt iumentū cui se miscere insueuerat pannis sericeis ceterisq; purpuratis ornamētis vestiret et dē sē feuitia qua lac humanū canibus prole tenera abiecta sugendū pbuerat quatributis et subuectionibus diuites iuxta ac pauperes grauauerat nihil remitteret: nec satietas neq; cōsiliū nec rephensio nec metus modū vllū aut finē tot tantisq; malis impositura videbat. Contumeliā quoq; diuinitati facturus: id agebat vt patratis sceleribus noua adderet et pessimis peiora auderet: apparebatq; nullū sub sole rerū fedioz̄ tramitē posse polonis et coz regioni pringere: rege eoz teterrimo facinoz: ipse vero asperrimo grauamine inuolutis. Epūs itaq; Cracouiē Stanislaus dote virtutū celebris et fidei merito insignis. Et si in omni sua vita quā in eam diē omni laude cumulatā produxerat tam religiosissime q̄ scrupulose deū omnipotentem eiusq; legē coluerit: impietate ramē regis conspecta et sub oppressionis faste regnū polonicū videns detrusum: pietati et fidei sue calcar adiecit ea cōditione se in Cracouiē pontificatū pulsione superna euectū ratus vt primū omnes acerbitates: deinde omnes cruciatus ipsam deniq; crudelissimā mortē: pro dei sui lege et populi sibi cōmissi salute perferret sua passione: suoq; felici cruore plebē polonicam in libertatem et salutem vindicaret. Tot tantisq; regijs flagicijs ob viam ire parat. Regias itaq; preuaricatiōes et vitia animaduertēs grassari in deum et statum decusq; regni polonici per illa labefactū iri apostolici viri opus et fidem prestitit et libera cōtumacia altoq; et inuicto animo ad extremum vsus; alijs per metum diffugientibus pro iusticia et veri-

rate stare decreuit nullūq; treptdatiōis signū pre se ferens quin etiā vultum letificum ostendens ad regem obstinatū in auctoritate libere increpationis: progressus magna tunc militū ac procerū stipatū catherua noua reprehensionis genere in illū vsurus accedit: et pontifice digna constantia magnifice cōtionat apud regē saluationis sue cupidus non pene atq; huiuscemodi plenus religioso pietatis affectu illū cōuenit alloquio Quis inquit nouerim te o rex saluberrima mea monita tibi prīdē a me paterna charitate ingesta obturatis auditū aure et graui oneratum ira grauibus etiā me probris et improperijs insectasse: omniū tamē illoz facile oblitus z salutis atq; honestatis tue charitati officij quoq; mei debito incensus: ad te iterū venio videns sciensq; te in passiones desiderioꝝ dimersum scelez magnitudinē aggrauasse. Aualoq; tibi meā reprehensionē displicere q̄ veritatis et iusticie causaz deferre. Tu quidē rex antiqui hostis cōcitatus virulentia nature ordine transmutato et quersoꝝ nature quoq; indulgentia preterita bruris que sua tempora z iura custodiunt immūdiorē te prestitisti: quibus te prefert enormitas excessus in reatu: fere enim hunc informē ignorāt luxū gloriā regiā cōfusiōis dedecorans obprobrio et gentis polonice inficiens nobilitatē. Tu prostitutra iusticia per quā o misericordie omniū patre deo noueras te pro omni tempore regiminis in prosperis dirigi et in benedictionibꝰ ampliari inaudito et inusitato apud secula seuitie genere: feminas puerperas canibus sugendas: prebes: humane quoq; sortis tenorē et redemptiōe Jesu christi nobilitate decus per caninos morsus cōtaminas et dignitatē humanā cōfundere atq; viliorē bestijs reddere conaris. Tu opibus et introitibus regijs inutiliter in vsus prophanos distractis: alienis fundis inicis auaras manus. Tu subiectoꝝ lacrimis z erumnis nō moueris. Tu eoꝝ substantias deuoras et per frequentes subuectiōes fortunas quasq; et supellectilē demolitis: abiectoq; preuaricationis meru praue te spei quasi hec scelera facile tibi debeant ignosci laqueis irretis diuine vltionis: penas que te propter hoc manent putans posse cōuelli. Quousq; fedas animā tuā et precipitas eam in interitum suū: claudens tibi immanitate transgressionū portā regni celestis. Ex quibus omnibus q̄ ꝓphanus et impius in religionē diuinā extiteris cuipse considera: ferales iunt hi ausus nō regij: barbari mores nō christiani et tibi et regno tuo nisi illos correxeris dispendiū z ruinā allaturi. Moli te solū putari regē sed hominē: noli tantūmodo cōtemplari solū tuū et imperiū vix in crastinum velut putrē fumū duraturū sed naturā quoq; et conditionē mortalitatis tue cōsidera. Eiusdē enī nature eiusdē et cōditionis qualē et ipse retines

scito te hominibus imperare qui sorte mortalitatis a quocunq; rustica-
no homine non differs qui et si singularitate pstas culminis: equalitatez
tamē attende cōditionis: desineq; imaginē dei atq; plasma tuis deteſtā-
dis iussionibus crudeliter atq; seuissime impetere. Irritas cū creatorē
dum illius execrabili exēplo affligis imaginē ad parē seueritatē obstri-
cturus celi dominū contra te: qua ipe nunc pcellis nature pariles et pser
uos. Nec ideo illū existimes a re inoffensum qa nōdū expert⁹ est iratū: se
uerū sensurus iudicē si me benignū sprueris monitorē: desine olidissimo
sodomie vitio uti. Cōtumeliā cū infers altissimo et hostē nature te cōsti
tuis destruis corripisq; in tuo corpe dei formatū tēplū a deo ni desitue-
ris destruēd⁹: qm tāre deformitates facinoz nō nisi virgā vltionū t eter-
nū opiunt incēdiū. Nō pfidas in excellētia regia: neq; in amictu purpu-
reo eēliū hoim pnceps t pseru⁹. Unū oim dōm regē et creatorē crede et
tibi et cuilibz alteri eque p merito vel demerito rūsurū: q tui regni pte
ctor tueq; salutis auxiliator est: p quē tibi tāta vt⁹ tāta felicitas tale de
niq; impiū tributa sint vt regna et externa domina possideres t gentes
in circuitu subiugares. Custodire te aūt pīne pietatis hereditatē: clemē
tie q; et miserationis pclarā rōnem hre te ꝓuenit: et nō rex succesſu cor-
rūpi atq; insolescere cū t ille et pietate et religiōe colēdo deū amissum
recupasset regnū euicisset tirannos t tā deo q; hoib⁹ amabilē se pbuisset
Attēdere insup t assidua rimari velis meditatiōe q; ex illustrissima stir
pe satus sis et p vtrūq; parentē celebris te ptingat ppago q; iure pmo
genite pīat⁹ fratrib⁹: sublimat⁹ dyademate et regni gubernatiōe q; lo
cū nō inter fratres tūmō sed inter oēs slauonice lingue pncipes optimes
celsiorē. Tantis itaq; et tā sublimib⁹ bñficijs dei diligēter appēsis te de-
precor te moneo te obtestor tū p ipm deū cui oīne sorder iniquū tū p reli-
gionē orthodoxā tū p dec⁹ tuū regiū: per deniq; regnū tuū polonicū qō
tue est maiestatis pciosa hereditas: vt opibus tuis execrādis nō irrites
nō exacerbes deū: sed in ei⁹ pceptis atq; lege absq; offensiōe incedas: nec
gladiū quē pncipaliter a dño in defensione innocentū accepisti in tirāni-
dem cōuertas: sed colas iusticiā et eqtatē diligas pietatē singulis pstes:
ad qō te pcipue hoibus nature tue particip⁹ intelligas platū: vt nō so-
lum in hui⁹ caduce vite sed insup in eterno possis honore clarescere. Et
quo altiorē te statū pre filijs hoim fauore et nutu diuino pcēdisse aspicis
eo deuotiora obsequia eo puriora opa exhibeas cōferēti. Qui enim te be-
nigne condidit benignissime te saluare cupit. Iram in te irretractabili-
ter effusurus si conuerti renueris. Respice queso qualem de te facis pre-
senti et future etati fabulam quantaq; ad precipicia luxurie de te crescit

in ceteros auctoritas: quantū scandalum quanta pernicies nec libidinosius obstemusq; ꝯ hominē et regem conuenit corpus attractes: sed pro singulis sceleribus profer lacrimas et penitudinis confusione te inuolue omnem vitioꝝ tuoꝝ eruginem cōcrema minacē sententiā domini et vlcricia flammarū perpetui cruciatus euasurus incendia. Et si lege tā humana ꝯ diuina non moueris: saltē nature religione mouearis cuius gratia et bestias ligat et belua a tensurat. Admonentanee insup tue voluptati primum orbitatem et regni perniciem exterminiūq; deinde ppetuos cruciatus et penas non dubites responsura. A terreno primū regno deindeq; celesti nisi resipueris iusto dei iudicio hereditate excludendus cuz Gomorritis et Sodomitis in sulphuris iudicandus examine. Si vero a facinoribus desistendo penitentia satisfactiōe et fletu cōmissa dilueris diuturnas successiones et res florētes atq; eternas lucidissimasq; sedes tibi et tue posteritati fidelis veruscq; spōsor repromittor: paratꝰ pro anima tua ponere animam meam: nec erit tibi si ad integrū resipueris tarda salubritas maius emendationis meritum pro superabundāria culpe in te et in tuos benignitate diuina experturus: benedictionis quoq; a me pollicite assero te z tuū fore genus compotem si que salubriter moneo impletum iri contendas: sin aliter ire pergis nimis iniqua vicissitudine respōdes domino qua tibi super gentes et regna terreni imperij concessit principatū. Nam et si in presentiarū sanus integer et validus sis: et cor tanctoz̄ rex dominioꝝ opibus potentia existimationis certe nō in postremis: hec tamē omnia ad cōsequendā futurā beatitudinē nisi pietate cōtritione et satisfactione deū tibi placatū feceris: existima prorsus nihil profutura. Et si te omnia hec non mouerint: saltem tribunal illud christi terrificum cui te astare oportet moueat. Resipisce reuertere cōuersionisq; viam celebribus preocupa vestigijs.

Capitulum vigesimumprimum.

Superuacanea autē visa est optime ac salubriter monentis Stanislai pontificis oratio qū tam regis ꝯ nōnulloꝝ suoꝝ procerū ac militū iram et temeritatē suamulcentiū: pcliuioꝝ fuerat ad queq; deteriora cōsensus q̄ sibi et regno pprio maturū parabat et nectebat exitiū. Insani quoq; z pcipiti capitis rex et obstinati ani: ea oia que salubriter ingerebant calcabat: z inlibrata volūtatē ad sana Stanislai psilia gerēs ad oia q̄ furor temeritas ira z indignatio suggerebant mentē verterat ex admonitione paterna magis efferatus. Neq; aliquid salubris remedij seri poterat in anima cōfusiōis plena

quam peccatorū multitudo contexerat. Abaligno siquidē pectori: nūc tirannidi dedito: nunc cedibus et seueritate in matronas occupato: nūc inquinato spurcitijs nephande libidinis: nulla salutaris admonitio insidere poterat: nulla illud paterna et clemens rephensio emolliebat: in pontificemq; Stanislaū furoris facibus amplius ignescebat. In hunc siquidem in quē predixim̄us modum animose vt pontifici et viro apostolico parerat Stanislao regem admonēti: obsecranti: et obiurgāti. Bolesla⁹ rex iracundie sue frena laxans peruicatiorē furorē et in episcopū effudit Increpitus ab eo et cōtumelijs atq; terroribus et ceteris id genus improperijs obrutus: denūciatio insuper addita vt ni desisteret mature se nosset periturum. At Stanislaus vir deo plenus impauidus dum maledictis incesseretur atq; constantior mansit: durato animo atq; obfirmato ad singula pro christi nomine et plebis polonice libertate per pecienda: pauci faciens siquidē terrores regios non subsiluit. Neq; vt mercenarius ouibus desertis fugit sed acrior cōstitit nequaq̄ mortis in terminatione perritus. Animāq; suā ingenue et magnanimiter ad passiones quaslibet subeundas cōposuit. Omnes em̄ suas curas spes atq; cogitationes non de caduca sed de eterna vita producenda cōsequendaq; verterat. Itaq; lacessitus fortiorē se pstitit: omniū terrorū omniū acerbitatū atq; supplicioꝝ contemptor. Et perfecta charitate preditus ꝓculq; mittens timorem it idē regē christiani pectoris infatigata constantia flammas seuientis in rege iracundie mansuete mentis placabilitate extincturus hortari atq; monere sustinuit: vt pro missis penitudinē gereret: vt pro sceleribus fleret: vt vltrices penarū flammas que illū manerēt lacrimarū vbertate: cōstringeret predicens sibi nisi resipisceret luminare suū oportere extingui sortē et gladiū felicitatis suercundiret singulas suas actiones reterrimo funestari piaculo: nec speraret surrectura aliqñ: dū semel corruerint. Hec aūt nō tam sibi q̄ omnibus regibus et principibus polonie visus est mihi veracissime p̄dixisse: premissa aūt et plurima alia ad cōmouendū et rephendendū regē: dicens: confidentia simul et letitia replebat ira vt alacritatē vultus eius respōsionū et rephensionū cōstantiam: turba procerū et militū que circa regē aderat stupore ingenti miraretur: plurimoꝝ insup efferebat tacita licet laude q̄ vnus inter polonicos pontifices extaret qui qđ rectū iustū et salutare fuerat: prouidere et constanter regi p̄dicere: atq; pro populo polonico et eius iniuria prodire in aciem auderet velut acerrimus defensor iusticie reipublice ꝓpugnator strennuus: portus quoq; et scopulus omniū iniuste afflictoꝝ: mouisset correctio pontificalis ertā saxeū peetus. Rex tamē Boleslaus sa-

ro durior: ferro rigidior: non mouebat. Considerans denicq; Stanislaus epūs q; Boleslaus rex in omniū correctionū cōtemptū veniens ita videbatur a se et reprehensionis pontificalis disciplinā et timorē dei z hominū reuerentiā repulisse: vt clauū pinacie assumēs: nec stimulo vigere tur cōsciētie: nec pudore cōfunderet infamie: neq; penis gehēnalib⁹ sibi a se denūciatis terreret: rigidiori aīaduersiōis in regē genere vsur⁹ verba facit. Quādo inquit profundo tenaciq; facinor limo demersus et infixus puerse prorsus et nepharie grassaris in deū. Qui te per pspera extulit qui per varia munera glorificauit: qui beneficijs auxit plurimis: qui te illius exhibes et desertorē et offensorē qui sua beneficia multiplicia' ducis in irritū: qui iura cōiugalia pstituis affligis regnū: obscenā secraris venerē: non corpus t antūmodo et spiritū: sed ipaz etiā aurarū spiramina fedantē: sceleribus et oppressionib⁹ nullū modū ponis. Scias me de cetero nō ammonitiōib⁹ sed p̄ceptis: nō reprehēsione sed censura recū acturum. Et gladio ecclesiastico exerto tuas sceleratas actiōes postq; aliter rescindi nequeūt coherciturū. Incanduit his auditis ingenti colera rex cum neq; deus neq; facinus meliora illū sentire pmitterēt. Et fremitu in episcopū quasi manus illi illaturus edito terroribus vt moris est illi potestati z cōtumelioſis improperijs agibilem quoq; z vltionē spirare cepit. Et ni desisteret interitū sibi sciret prope diē euenturū: flagrabat dudū et iā tūc in bris̄imo Stanislao martyrū gloriosus ardor. Qua, pter saturat⁹ obprobrijs alterā pcuciēti p̄bebat maxillā et intrepidus absq; vlla animi pturbatiōe: supno illustrat⁹ lumine: ptumelias exprobrationū et denūciate mortis obprobriū libero fastidio irridēs. hec sibi regi minanti respōdebat: atq; vtinā ppicietur mihi deus: et q̄uis imeritū dignificet' tribuatq; corporis mei mun⁹ in holocaustū accepte victime sibi offerri. Quis aūt regis in pontificē staturiret ira: nemo tñ apparitor sed nec ex militū que regē circūfundebat turba ausus tunc est facto aut ꝓbo obsistere: aut reprehensiōes pōtificales refellere: aut aliquā illi cōtumeliā vel violatiōis iniuriā inferre quinimo et nō nulloz pcerū cōsiliariorūq; paucor tñ Stanislao discedēte impetuit rex ad monitiōe atq; p̄ce vt reprehensionē pīlarē nō secus q̄ oraculo demissam diuino in pect⁹ animūq; demitteret et pietatē agni celestis facinorib⁹ suis de cetero nō irritaret Et nō tā sibi q̄ regnoliberis quoq; z subditis iustiori ordine pspiceret Clerū inuidēs fortuna domitori gentū vicinaz regi ipm et in suū et regni polonici coartabat exitiū. Salubres em̄ mont⁹ modestis et timoratis viris ingerēt⁹ malignor pualens suggestio pualuit. Et regē suapte furentē ad queq; improba in epm̄ meditāda incendēs facile recta et

vera monētiū cōsiliū exsufflauit: difficillimūq; erat patrē benigne admonentē audire: et sanā suā et alioꝝ eruditionē inferere in obsessum grandi facinore caput qō et ꝓpria iniqtas et efferat vis in illo animi: et oleū impinguabat puerse suadētiū cōsultoꝝ. Nō ob id tñ Stanislai zelus et studiū quieuit: uthilq; de rigore remittēs: vniformi in coꝛripiēdo rege durauit ꝓposito ꝛ obstinatius quo poterat patiētie ꝛorace munit⁹ impietati regie reluctabatur.

Capitulum vigesimū secundum.

Deliberanti post hec Stanislao episcopo quo ordine et processu deinceps in Boleslaū regē fungerē et secū sup his varia voluenti nōnulloꝝ ecclesiasticoꝝ viroꝝ ecclesie Cracouiēsi obsecrationib⁹ adoꝛit vt tirannidē declinaret regiam vt ceptā seueritatē reꝓhensionis remitteret vt sibi parceret: vt ecclesie et plebi sibi cōmisse et ex morte sua viduāde cōsuleret furoꝛēq; regis leuiendū magis q̄ exagitandū censerer. Sed ille velut vas electiōis a domino dudū ꝓuisus huiusmodi ꝓcibus inflāmatioꝛ ꝛ ad amoꝛē martyrij et in regis salutē et in plebis polonice libertatē alacrioꝛ feruidioꝛq; reddebat. Tantus illi iusticie et veri amoꝛ: tantū mali odiū vt periculi ois interim obliuiscerē. Nec vllius rei ampliori desiderio q̄ fundendi sanguinis q̄ percipiēdi martyrij tenebat. Jd nocte atq; interdiu meditabatur: hec sua assidua cū viris ecclesiasticis cōsultatio: hec ad deū ꝓfunda deꝓecatio vt moꝛi sibi ꝓo suo noīe et honoꝛe tribueret nulloq; terroꝛe nullaq; ꝓsuasione de sententia iusti honestiq; poterat auelli: manebatq; in aduersis potentioꝛ mansuetudine et conuersatiōis puritate ornatus. Jn tantū desiderij exardescēs martyrij: vt insectari ipam morte et capere viderē: subinferens nō aliter libertatē ecclesie et plebis polonice nisi per necē suā ꝓcuraꝛi. Nec secus zizaniarū semina que pululasse noscūtur radicitus posse euelli: nec oues a lupinis moꝛsibus liberari. Adhea inquiēs vita oībus in speculo posita est: qui si paulū titubaueroꝛ aut reꝛehensionē meā remisero turpē fugā iniisse turpi casu cecidisse iactaboꝛ: deseroꝛq; gregis mei videboꝛ nō pastoꝛ: diuinū iudiciū si ꝓ ꝓsenti cōtra tirannidem regis ꝓo plebis iniuria nō steteꝛo non euitaturus. Gressus itaq; suos in semitis legis diuine plena soliditate perficiens et ad regios terroꝛes immobilis perseuerans non est passus sua immobilia vestigia commoueri: ad omnē casum durabile et firmū ostentans ꝓpositum. Ad obsecrationes deinde et supplicationes cōuersus nonnunq; integras noctis elucubrationes per fletus et suspiria veniam regi deꝓecando absumebat sacratas et puras manus leuans ad dominum ꝓo reꝓbato et reꝓbādo rege nō secus q̄ Samuel quondā ꝓo Saule interpellabat

atq; pro illius cõuersione suam et regni polonici ruinã auersurus paternis excruciatus affectibus frequentius sanctissimi sacrificij adoleuit incensum et immolauit lacrimabiliter virulos labioz. Et quãto regis truculentiã sensit fortius cõsurgere et impetus eius lasciuire: tanto clementem deum sedatorẽ suppremũ tot9 ꝓfusus miserationũ viscerib9 sibi illuz conabat efficere ꝓpiciũ et placatũ iugiter et assidue diurnis orationib9 et noctibus peruigilib9 pro illo et ipsius cõuersione omnipotenti deo effundens fontes ac flumina lacrimarũ: dum siquidẽ trãsgressionis et pertinacie regie meminit: dũ facinus suũ libzat: dum regni ruinã et reipublice deformitatẽ exinde venturã recogitat resoluebat in viriles et pontifice dignas lacrimas quas illi ex charitatis affluentia cõpassionis magnitudo excutiebat: plurimoq; lacrimarũ roze: vestimenta et locũ orationis cõpluens: facin9 regiũ supplicabat absterſum iri: frequẽtiusq; ad imaginẽ crucifixi cõuersus meroze plenus z humentibus oculis obsecrabat vt afflictoz tangerek miserijs et pro regijs nõ vltionẽ sumeret delictis sed vtriſq; propicia benignitate prestaret leuamẽ: obsecrationi autẽ abstinentiã addidit et corpus ieiunio atq; cilicina zona affligens: etiã conuersationẽ suã regi subtraxit et cõgressus atq; cõmunionẽ illius fugiens omnipharieq; ab eo se et suis sequestrans assiduis cõplorationib9 vberrimis suarũ lacrimarũ fontibus et iugibus deprecationibus indulgebat ac plangebat si forte regẽ obstinarũ posset a suis auertere forefactis et sibi suo supplicatu puersionẽ et ꝓpiciationẽ impetrare diuinã fortis z diligens vtrobiq; pastoz: mediatoz admirabilis: dum et cõtra seuientẽ regem defensionem pro grege et vniuerso polonico populo: et cõtra peccãtem iustam reprehensionẽ opponeret ac pro vtriſq; orationis et sacrificij virtute assidue interpellaret. Verũ cũ oppressionũ acerbarũ redundatio amplioz indies fieret. Nec rex videret aut illis finem positurus: aut obsceni tates vitiozũ suoz relicturus Stanislaus epũs non vltra cunctandũ et mansuetudine agendũ factoq; non cõsulto in tam euidenti periculo opus esse ratus. Illa flagitia illos furozes illos aceruos facinoz illas turpitudines non ferens: tanto maiozẽ cepit adhibere rigoris apostolici in regem operã quãto duriozi vexatione videbat regis inualescere in subditos truculentã oppressionẽ et nepharia suã venerẽ tam occasi one q; exemplo in dedecus dei et in perniciem subditoz diffundi. Ex gradibus in super regie culpe: ordinẽ quoq; et Stanisla9 pontifex auxit censure. Sic enim ad extrema dedecoz et nequicie prolapse res crãt vt nequaq; a pontifice diucius sine offensa dei et fidei siue ruina et detrimento religionis et regni ferri possent manũ mussurus ad fortia: et gladiũ vibraturus ex

aduerso consurgens pro domo domini in acie verus miles prodijt ponere quę animā suā pro grege suo: pastor vigilantissim⁹ nō dubitauit. Itaq; insingulis normā euangelice et apostolice doctrine custodiēs Boleslaū polonie regem dudū verborenus a se cōmonitū excōmunicat mandatq; excōmunicatū a suis subditis vitari: deinde in illū maiores profert sententias: adextremmū anathemate eū ferit: ecclesie illi phibens ingressum germen pestiferū falce apostolica succissurus. At Bolesla⁹ rex asperrime passus correptorē et ferocē se agens et aduersus omne remedium quod medicinali cēsura ab episcopo ingerebat cōtumacē: furore atq; ex eo tempore grauissimo barbaroq; odio in Stanislaū epiñ bzurū pectus saturire vehementer cepit et tota nocendi arte consurgit tam feroci et immani animo circa Stanislaū episcopū pietatis et iusticie defensorem intumescens rapido cursu fertur inpreceps vt illū crudeliori quo posset mortis genere cōsumendū volūtate plena atq; cōsumata destinarit quē furore suarū vesanarū actionū atq; libidinū in hūc eum vsq; torrentem sue precipitauit insanie: vt purū se a contagione spurciciarū execrabiliū estimaret: si virū dei et reprehensorē suū Stanislaū episcopū gladio sustulisset et sathagens sua oculere facinora: hoc egit vt cunctis fierēt vulgaria. Et q̄uis sepenumero multipharias illi tetendisset instauasset; insidias: protegente tamē ipm altissimo omnia pericula omnes laqueos omnia supplicia ad que destinabat euasit. Qui nec regijs terroribus sibi frequentius denūciatis: nec ecclesiasticoz virorū psuasionibus fugā nec amicorū blandimentis regiā reconciliationē sibi suadentib⁹ a sui status rectitudine et firmi propositi poterat auerti. Neq; varijs psecutionib⁹ decoctus exustusq; flamma in viridatis sue cōstantia quomodolibet cōsumi. Sed inter vniuersa discrimina veritatis assertor atq; iusticie propugnator religionis et fidei christiane tramitē: oppressorū et grauatoz cautam non reliquit equanimiter susceptur⁹ quicqd illud furentis regis excogitauisset insania: forte quoq; et solidū retinēs pectus nulla temptatione sterni potuit. Contra tot machinas psecutionis sterit inuicta cōstantia: sterit equanimitate iufracta opponens cōtra tirānidē regis reprehensionem apostolicā et cōtra horrendū facinus: purissimā virā: eterna q̄pe magnopere apetens: vires ex aduersitate sumebat et crescente pugna gloriosiorē sibi non ambigebat puenturā victoriā. Gerens insup in pontificali et apostolico pectore suauitatē et voluptatē admirabilē: si contigisset sibi pro dei honore atq; religione pro plebis iniuria atq; oppressione felici cruore dammari. Aduersus quoq; vicia regia sensim inualescentia ab omnibus desertus solus stetit z ne regē et regnū ne rempublicam

pessundarent quantūmodo vno obstari poterat capite pronus et intrepidus restitit. Nihil omittens quod a vigilantissimo pastore pro salute regis et gregis opponi par fuerat immenso charitatis ardore sua demonstrans flagrare viscera cum et pro expiādo regis delicto supplici exestuaret precum et sacrificiorum incendio. Et pro libertate populi polonici carnem suam deuoueret supplicio.

Capitulum vigesimūtercium.

Gladium ecclesie qui ad salutem tantūmodo percutere solitus est. Boleslaus polonie rex contemnens velut stipulam et tanta stulticia tantaq; crassitudine tenebrarum mentem suam excecans: vt gladio suo materiali et potentia sui roboris existimaret. Jura diuina atq; humana se pro libito exterminatui um diuinis se assidue ingerebat officijs. Stanislao episcopo ipsius deplangente cecitatem et suo assiduo supplicatu pro eius conuersione obsecrante. Ad cetera insuper mala id quesiuit parrauitq; dedecoris: vt quo velut hostis nature abuti batur. Jumentum cultioribus mandaret purpuris contegi et in obprobrium et contumeliā Stanislai episcopi per itinera publica quo illum transire contingebat secum ducitante fores quoq; ecclesiarum dum se rex sceleste atq; anathemare damnatus misceret diuinis in ludibrium dei et in spectaculum humanū ostentari. Neq; illum pudor a turpitudine: metus a periculo: aut ratio reuocarunt a furore. vidit Stanislaus et doluit et contremuerunt renes eius et accensus est furor eius ꝑm iudicium legis apostolice gratie illustratus radijs non tulit vtrunq;. Cum res suapte pessima et detestanda peiori etiā exemplo edebatur: sed pro tam discriminosis casibus: pro tam detestandis excessib⁹ zelus non immerito viri beati accensus est. Et ignis in sue meditatiōis anxietatibus exardescens et sileri ab ecclesijs rem diuinā sub omni tempore quo rex adesset iussit et ex iumento amictum omnem ad reuelandā regis ignominiam discerpens: nares illius et omnem oris promustidem propijs manibus amputauit. Jumentumq; exseipso deforme deformi⁹ reddidit calorem et puritatē in religionē dei coipso opere demonstrans presumptionis id opus plericq; non zeli non religionis non sapientie iudicabant. Stanislaiq; episcopi criminabantur virtutem appellabantq; temeritatem et insolentiam. Culpantes vehementer illū q; regem suapte furentem in periculum sui irritare contendisset. Ceteris quos rectior iustiorq; sensus habebat: et pōtificalis et christiani pectoris in Stanislao efferentibus et admirantibus fidem et virtutem q; grandem vim dilectionis optinens in deum: grandem in proximum: omnibus regijs calca

tis terroribus aduersus peccatum obluctatus vsq; ad mortem nihil esse monstrauerit imperiosius charitate Efficax studium et studiosum affectum tanq; fidelis preco et fortis athleta: verbo exemplo topere in discriminoso tempore prosequutus pietatis et religionis atq; zeli sui seminibus. vtilem vindemiauit fructum dum illum zelus christi reddidit clariorem. Auxit illico hec res ferocem regis insaniam: auxit insolentiam: et liuidum indignationis virus in Stanislaum episcopū effundens prepropero conatu pontificem obtruncare perrexerat: nisi Stanislaus interim episcopus plus amicorum et virorum ecclesiasticorum q̄ suo studio seruatus in loca occultiora secedens furorem illius declinasset. Consiliū deinde rex agitabat et secum et cū aliis nec nocte nec interdiu ferias agere poterat plenior aliquanto furorum irarumq; q̄ ante fuerat propter interdicti in eum lati notam: et iumenti mutilationem: ad ampliorē bilem illum accendente: dieiq; ac nocres desiderio enecandi episcopi torquebatur. Non deerat ea mollienti permitiosa purpuratorum suoꝝ assentatio polonice genti innata: principum opes et mentes impetuosius q̄ hostilis furor depranare et euertere solita. Erant et ex militum ordine plures numero qui regis truculentiam nonmodo nullis auerterent remediis. Sed et insuper mollibus aluerunt adulationum venenis. Non deerant qui et regis benuolentia et Stanislai odio: spe quoq; alicuius magistratus et dominij potiundi commoti ampliores flammas ferrent. Ex quibus rex ira et temeritate vehementi impulsus: nec sua et regni pericula prospiceret: nec Stanislai episcopi fidelem et salutarem reprehensionem: iusta voluit estimatione pensare nihil pendens supplicia ipsum et generationem suam pro sceleris magnitudine punitura: parum sibi parum regno parum genti polonice parum liberis quos iam sustulerat prouidens. Nec satis animo a densissima ira obcecato metiens: quo se vsq; effusura foret sceleris patrādi imanitas: tātos sibi spiritus tanta arrogantiam sumens tantisq; infremebat sue indignatiōis motibus vt diuinas iuxta ac humanas leges in sua se arbitrarefur potestate consistere. Sed nec deerant consiliarij fideles: perpauci tamen et rari qui regem a proposito in necem episcopi destinato auerterent: obsecrando ne vsq; ad paricidiū grassari pseueraret et regalē dextrā pontificali sanguine pollueret suaderētq; vt salutē tū suā tū cōem ira faceret potiorē: sed animus libidine et passione oppressus cecatusq; iusti rectiq; neq; capax neq; tenax esse poterat: mentiq; regie tā ira efferuescenti nihil recte pluasiōis poterat succurrere.

Capitulum vigesimū quartum.

DEstinatus sorti sue Boleslaus rex nullis sanis cõsilijs nullis persuasiõibus nullis denicz terroribꝰ a nece viro sancto episcopo Stanislao inferenda poterat abduci: sed incõsulto tracudie primũ ardore: deinde furia vel potius demoniaco suggestu stimulatus ad impiã et nepharĩã cedem animũ intẽdit: seuioꝛcz ignibus erbne furoꝛ illius: atcz vltionis desiderio incensam flammã rucruans: rationẽ cũ militibus ꝓposito suo fauentibꝰ de interficiendo pontifice Stanislao habere cepit et quãto celsioꝛ hactenus dignitate regia operãte ecclesia refulsit: tanto in eam crudelioꝛi animaduersione deseuit vires potentie sue aduersus illam nephanda mẽtis puersitate cõuertẽs accuendo in interritũ sui sponsi gladiũ quẽ ab ipsa cõtra suũ vibꝛandum susceperat inimicũ: nec quales fluctus: qualesqz tempestates facinus illõ cieret funderetqz quicqz pensi cõstat illũ et suos nepharios milites: vtpote qui nec oculos nec animã haberẽt cõsideasse. Decacz obstinatio atqz tumoꝛ et rabies quedã regis et militũ peruaserat animos. Eoꝛũqz mentes et pectoꝛa in episcopi trucidationẽ coarmabat. In eã dementiã ꝓ lapso rege vt pontifice Stanislao a quo ꝓ suis flagicijs rephendebat enecato t facinoꝛa suo latere t ꝑbitrio suo singla crederet sibi successuꝛa: ad explendũ itaqz facinus dudũ meditatũ: dies tẽpus et locꝰ opoꝛtuna querebanꝫ: a deo eñ vlciscẽdi libidine cecus inꝑceps transuersusqz visus est agitari: vt honeste ne et ex re sua an secus id fecerit minime cogitaret acerbos fructus et infelicia germina ex illo patricidij opere sibi et sue posteritati atqz genti relaturus. Est aũt haud longe a Cracouiesi vrbe ecclesia ex petra alba rotunde in editioꝛe rupella in plano consurgente fabꝛefacta: et sancti Michaelis archangeli omniũqz angelorum nomini dedicata: modico lacu in latere vno ambita: apud quã quondam poloni priusqz ad iura christianitatis cõuersi forent ydolis suis prophano cultu reddebant sacrificia et incensa. In hãc Stanislaus epũs qui dudum patiendi et moriendi ꝓ fide ꝓ religione ꝓ veritate affectũ induerat ꝓ regis cõuersione et suo populiqz polonici peccato sacrificatuꝛus: non regem veritus nõ mortis sibi denũciate formidine ꝓcessus: tercio Idus Maij in quintã tunc cadẽ feriã: cõmitantibus eũ clericis: cõmunionẽ viaturus anat hemat isari regis descendit: ratus se illic velut in loco abstracto: quiete rem diuinã expleturũ. Non latuit ea res regem singulos gressus et diuerticula Stanislai episcopi per suos satellites explorantẽ: opus tunitatẽ itaqz occidendi episcopi ꝓuenisse gauisus: militibus suo ꝓposito fauentibus densioꝛi ꝙ solitus fuerat se subsequi iussis illuc ad nepharĩã explendã cedẽ: ad scelus pagendũ facinus et in signẽ

crudelitatis occupaturus ſtrulum: primus apud polonos et inter polonicos reges execrandi auctor exempli inſane cuiuſdã temeritatis plen⁹: iuſtiſſimã Staniſlai epiſcopi rephẽſionẽ vlturus ferro: cũ militũ catherua ad vnũ patricidij facinus cõformi crudelitate exequendũ ire pergit. eximia bona ſua vno deformaturus vitio: feſtinabat aũt ad locũ rapidis paſſibus metuens virũ dei Staniſlaũ per fugã cõperto ſuo aduentu de eccleſia ſancti Michaelis euaſurũ. Aduenies quoq; locum permilites corona circũagi et obſeruari diligentius: ne Staniſlao epiſcopo effugere liceret iuber. Quis autẽ Staniſlaus epiſcopus cohortẽ aduerſum ſe cõuenisſe denunciãtibus ſibi ſacerdotib⁹ agnouiſſet: quis terribilis fremitus: ſtridoreſq; ramq; gladiorũ q; armor⁹ ſenſiſſet: oculos ramẽ in ſublime erectos tenuit: nullũ trepidationis ſignũ dedit nihil ſuſcipiende paſſionis aſperitate trepidans: intelligens diem aduenisſe qui voluntatẽ probare operis effectu exigebat: nihil fremẽtiũ militũ cohortẽ horrere: nihilq; ex vultu hilari notat⁹ eſt mutaſſe ſed vt tute ami ſui et cõſtãtia fidei ſecur⁹ et oĩs pauoris expers: pbatior et magnificẽtior ex eo reddebat rabiẽ et regis et militũ ſuor⁹ cruẽtoſq; et impudẽtes gladios ortẽpnẽs: fidei et iuſticie pbatiſſimũ ſe pfeſſorẽ expreſſit: oſtẽdẽs in ſe plus poſſe amorẽ chriſti q; cruciatus tyranni de ſola animarũ ſuarũ et perſecutorũ ſalute ſollicitus: eleuatis in celũ oculis vultũ denicq; imperterrito ac ſatis beato orationẽ fundens cõſtantiã parienti et polonico populo et ſuis pcuſſoribus veniã: gregi ſuo diuine miſerationis tutelã impendi pcabat dicens. Deus omniũ clementiſſime cõditor et redemptor cor̃ã quo omnia viuũt cuius nutu omnia diriguntur: cuius beneficio anime omniũ pro tuo nomine morientiũ mutant in melius: benedico te qui me in hanc hor̃ã et in hanc paſſionem perducere dignatus es vt particeps exiſterem paſſionis et calicis chriſti tui. Glorifico te per vnicũ filiũ tuũ eternũ deũ et verũ pontificem dominũ Jeſum chriſtũ cui⁹ paſſionis intercelſiõe et merito te queſo te deprecor: vt pro tuo nomine honore atq; iuſticia pro tua religione et populi polonici libertate duratũ et patientẽ conferas animũ: ad quelibet tormenta toleranda: donec et populo polonico indulgentiã: oĩbus vero meis imo tuis tue ppiciationis tutelam: nec regis ac ſuor⁹ ſatellitum ignorantiam imputes ad peccatũ. Ea oratiõe expleta miſſarũ ſolennia pontificalibus indutus: tremẽte omni miniſtror⁹ qui illi aſſiſtebat ordine proſequebat: et poſt peracta ſacrificia vir dei actione innocẽtis virtute fortiſſimus aliud extemplo ſacrificiũ aliud quoq; holocauſtũ ppriũ videlicet corporis hoſtiã et viue mentis cõſtantiã caſtiſſimã ad penam perſecutor⁹ traditur⁹ corpus: ad oĩs etiã cruciat⁹ pferendos coarmabat

Cõtinuit se rex diuino nutu coꝛreptus: donec sacrificia misse p Stanislaum soluerent. Sed vt erat ferox natura ⁊ oĩis more impatiẽs ꝓterritꝰ ira accensus furoꝛe et quadã rabie vexatus. Admittit tandeꝫ milites qui Stanislaũ epm̃ etiã sacrificantẽ interimãt. Affuit illico virtꝰ diuina: potentiã dextere sue manifestãs: ad cõspectũ siquidẽ pontificis cohoꝛs armata ⁊ ad occidendũ missa; postea q̃ ecclesiam ingredi ausa est: expaluit: trementibꝰ quoq; artubus et genubus: animo vero magna et repentina formidine et quẽ deus impietatis auctoꝛibus immittere solet cõsternato dũ virũ dei strictibus ensibus nitit̃ cõtingere cecidit magnũ edens coꝛpoꝛũ et armoꝛũ fragoꝛẽ retroꝛsum. Reptantiũ more ex ecclesia euoluta a Boleslao rege q̃ vacua redyssset castigata et inclemẽti iussiõe quatenus iterũ factũ exequereꝫ mandata: resumpto ferro ⁊ spiritu facinꝰ etiã resumptura cõ sacrã reintrat facinusq; pagere cõmissum adoꝛta arietatur vice altera preceps in terrã. Quã ab ecclesia cepto irrito reuersam Boleslaus rex velut meticulosam coꝛripit: impat quoq; atroci verboꝛũ virtute duplici ingressu neglectã necẽ põrificis maturare. Admouebatur oĩis illa cohoꝛs sed metu regio tã indignationẽ q̃ meticulositatẽ supne immissam p̃mebat: adhuc aũt vesamẽtibꝰ rege et militibus ⁊ nequaq̃ diuina lõganimitate coꝛreptis: dũ ecclesiã tussa regis expleturi militis introissent obtiguerũt vniuersi et nõ secꝰ q̃ mortui ad extremũ alidebantur in terrã resupini: vehemẽtioꝛiq; q̃ pus ictu sternebant. Nec virũ beatũ ptingẽtes tercio iam terroꝛe coꝛrepti de ecclesia viritũ ꝓsiliũt et imbelles dexteras suas ad irrogãdũ necẽ Stanislao episcopo se ꝺa diuina virtute Stanislaũ epm̃ ꝓtegẽte: tercio ꝓstratos obtutos et terrefactos: tiranno denũciãt quatenꝰ nõ militari p̃icidiũ expleret manu sed regia et publici potius q̃ priuati munere officij. Quoꝛsum hec nisi vt per signũ visibile cui soꝛoꝛinũ in oꝛto oliueti et in captiuitate christi ꝓuenerat mirificaturꝰ dñs sctm̃ suũ patulo inclaresceret: ꝺa nõ cũ impat tirannus trucidamur: sed cũ ꝓbauerit ipsi coꝛripimur. Et vt futurus martyr per similẽ qui christo acciderat casum amplissimo glorificareꝫ honoꝛe. Qui silẽdo et oꝛãdo ad matos suos occisoꝛes inermis ipe itiẽ atq; tercio in terrã strauerat. Indignũ insup vt reoꝛ puditia iudicabat supna vt chr̃s dñi futuro dignificãdꝰ martyrio a quoq; pus q̃ a rege qui ⁊ ipe chr̃s dñi erat deberet ptingi: diuinitas quoq; ꝓmicias patricidij soli regi quod palã licebat ex trino militũ casu intelligi reseruabat. Sed redeo ad id vnde disgressus fuerã. Boleslaus rex nhil hoꝛ que a militibꝰ denũciabant motus: nimietate tracũdie succẽsus et furijs stimulatꝰ vltricibꝰ ac nephãdoꝛ suoꝛ sceleꝛũ vexatꝰ aculeis; virtutis insup diuine oblitꝰ ⁊ dia

bolicis tenebris obcecatus: diuinū q̄z qđ illi miro miseratiōis mō p triplicē militū casum lapsum eius auersur⁹ de⁹ patēter oñderat interdictū nō aduertēs: reputās militū casū triplicē vt q̄busdā accidisse pstigijs aut milites pauore psternatos correptos et stratos se finxisse: minaci et pleno furoris vultu obiurgat illos t corripit dicēs. O degeneres et ignaui: femie nō viri: pusillanimes nō milites tāto pauore t trepidat iōe vos perculsos intueor vt plures nūero vnū pbiterū inermē armati de eccl̄ia trahere t meas graues iniurias in eo vltū iri ptimescatis. Sic aiēs vt erat nimiū vehemēs feroxq̄ natura: demoniacis instigat⁹ suggestib⁹: et fundendi sanguis auid⁹: q̄uis vt p̄missim⁹ interdictorū ih chr̄m dñm sciendi per trinā suor⁹ militū retrorsuz auersionē accepisset exerit gladiū sibi et cuilibet alteri regi nō ad irrogādas sed ad ppulsandas iniurias et neces innoxias a supna ptāte attributū: nouo et iaudito gñe carnificij vsurus: et tā ingēti furoris estu actus vt ne sibi q̄dē: donec pōtifex rem diuinā expleret pstolandū duxerit in eccl̄iam dei quā ab alioq̄ tirānide in coronatione sua turandā iure iurando se deuouerat: cū turba carnificū militem chr̄isti Stanislaū occisurus insilit episcopū Stanislaum qui benignior q̄ iustior zelando suam salutem erga illum apparuit acriter inclamans: probrosis ipsum sectatur contumelijs: templumq̄ in quo spiritus sanctus pernox et perdius habitauerat violat. Et non loco non tempore non ordine pontificali et apostolico deterritus non diuinam non sanctorum presentem veritus maiestatem: exuta prorsus humanitatis māsuetudine beatissimo pontifici Stanislao missarum solennia consumanti gladium sancti capitis vertici pfundius quo valuit immersit sanctūq̄ verticem disrupit: ac pontificalem cruorem recentibus sacrificijs permiscens virum dei Stanislaū: polonice eccl̄esie lucernam: impius rex et sceleratus: veniam sibi et suis satellitibus deprecātem prosternit interimit et extinguit: et patricida impius dignū deo martyrē consecrauit. Sponsum in gremio spōse pastorē in oculi patrē in filie amplexib⁹ et filiū in maternis pene pīmēs et obtruncās viscerib⁹ edū in matris lacte decoq̄ns t terrā cruore sanguis pōtificalis inebrians: sceleratⁿ sanctū: tiranⁿ pīulē: castū incestus: purū lubricus: pīmere aūt sanctū dei nō cōtent⁹ etiā cōtumeliam et ludibrium adijcit in extinctum et in corpore beato adhuc in pauimento palpitāte vt sanguis sanguinem tangeret et abissus abissum inuocaret omnem ante quesite pbitatis gloriā impietatis scelere obfuscans: addens in defunctū grauē cōtumeliā nasum t genas oriq̄ partes quo deformi⁹ redderet manu ppria amputauit. Id cūm sibi ceso antistite seuus carnifex pmū assumpserat agenduz: vt in vltionē iumēti cui vir dei

Stanislaus zelo animam suã accendens nares et labrum abscideratipe quoq; in eisdẽ humanis partibus Stanislao presuli incisionẽ inferret et per mutilationẽ corporis aplici corpori bestiali suos plusq; bestiales abusus fouenti parentaret: posuitq; maculam in gloria sua et in cruore innocuo balthey regiũ obfuscauit. Perpetrauerit licet ferox tirannus cuz suo satellite quod decreuerat: nõdum tamẽ pectus cedis auidũ quietari potuit paruaq; hec atq; exigua regi impio: que occidendo virũ dei z occisum deformando mutilandoq; iam pegerat videbant. Nec est expletꝰ nece pontificali cruentus animus z mens impia posq; sustulerat viuum quẽ odisset. eius tũ cadauer persequebat. Cadauer enim sancti foras ecclesiã extrahit et cõcidendũ militibus tradit. Stabat siquidẽ ante fores ecclesie cohors armata militũ cedis regie spectatrix potꝰ trino suo casu ad id permota q; adiutrix: visura quoq; in quẽ finẽ improbi ausus regij reciderent. Clerũ regia impunitate cõspecta priorẽ quasi pusillanimitatem a rege illis exprobratam deterserunt et in corpus sancti exanime a rege illis obiectum certatim mucronibus et pugionibus seuiunt. Crudelissime in illũ ac barbarorum ritu desaeuiunt et quos in viuũ potentia supera prohibuit nõ poterãt in mortuũ vnus alterum preuenendo et impediendo creberimos ictus edunt vt vnusquisq; eorum summi sibi delicti duceret nisi aliquid singularis seuicie in sanctum intulisset quatenus rege seuũ opus cuiuslibet ꝓspectante is in fauore regio haberet potior qui crudelius in sanctũ impegisset. vnde factũ est vt amputata ei dextera qua frequenter panẽ et vinũ in corpus et sanguinẽ christi conuertendum signauerat et capite detruncato. Coronã quã in clericalis religionis iudicũ ad imitationẽ apostolorꝫ principis deferebat a reliqua parte capitis strictis gladijs amputarunt non attendentes q; et in caput eius et in manus vnguentũ effusum fuerat sacratissime vnctionis phas et lex pudor et reuerentia pontifex et templũ et omnia iura diuina et humana rege agente rege iubente atq; presente tum prophanata tũ cõfusa. Non aliter etiã corpus viri dei mutatum in mille cõciderũt pecias: vt a mẽbro quolibz singularẽ se exigere voluisse penã: rex decerneret z tot mortibus quot concisionibus virũ dei plectendũ censuisset q; si vellent et qõ mactauerant manducare et exponere quod ceperant tam impia concisione venale. Existimante rege et suis satellitibus pontificis sancti memoriam e terra et viuentiũ memoria tolli si illum in tot partes concidissent sedea res longe aliter q; rex ratus erat euenit: nam dum nomẽ eius e terra eradere sathagit omniũ seculorꝫ memorie illũ altius q; excidere possit infixit et cum tam atrox tamq; tirannicũ in Stanislaũ episcopũ pegisset

carnificum. Ab archidiacono tamē et canonicis ceteriſq; ſacri ordinis qui pontifici miniſtrauerant viris manus continuit.

Capitulum vigeſimumquintum.

Deterat iam in Staniſlao epiſcopo humane cōditiōis cognitio et non ſolū quis fuiſſet ſed et quid eſſet nature: figura erepta tormentoꝝ et cōciſionū crudelitate ne agnoſci poſſet abſtulerat. Jacebat ſiquidē corpus exanime cōfoſſum: ſauciatum: ſciſſum: ceruix abſciſa: cerebrum diuulſum: candida olim mēbra cruore oblita et luto deformata. In rege tamē feri et barbari mores manſuescere nequiuerunt. Ipſe ſiquidē rabie ſolita intumeſcens neq; crudeliori carnificio ſe ſaciatū declarās: membra cōciſa in varia et remotius poſita loca ſpargi et in terrā effundi et vt a beſtijs feris canibus vulturibus coruis ceteriſq; ſanguipetis alitibus deuorarent: iubet proijci et exponi poſiturus mortiferū eius eſcas volatilibus celi et terre beſtijs carnes eius. Neſciēs et delirās qđ hac corpis ſancti ageret cōciſione ꝛ diſſectiōe regnū ſuū polonicū pcidebat et exteris natiōib⁹ velut ſanguipetis ad deuorandū delendūq; ſpargebat: ſe quoq; ꝛ genus ſuū per huiuſmodi inſaniam: regio fulgore et diademate priuabat. Et credens cōciſione et proiectione huiuſmodi ſeua et abhominabili ſancto dei ſtruere ignominiam gradū illi ſtruxit in ampliorē glorificationē. Adoxq; milites rege ſpectante iuſſa perficiunt ꝛ corporis ſacri partes per circuitū diſpergūt et in corpus humanū humanitate ammiſſa ſeuiūt. Idq; cū maxima cura imperante rege prouident vt per iactus huiuſmodi in remotiora queq; loca artus ſacri diuellerent: quo effectū eſt vt omnia membra ſancti: omnes artus quos gladij impioꝝ et framee ſatellitū diſciderāt omnia oſſa cum neruis que ferrum ſulcauerat ſeperatim et longe a ſe diſtantia iacerent proiecta: vnius digiti articulus in ſtagnū eccleſie apud quā hec agebantur proximū: decidens a piſce glutiretur: ad regiā deinde nephanda et recenti cede ſacerdotali madens Boleſlaus rex cum cohorte militum reuerſus: heroicū facin⁹ exoluiſſe apud milites gloriabat. Aſtabat procerum et militū ſatellitūq; turba aſſentationū qui regib⁹ domeſticus cō ſueuit eſſe morbus: ingerens laudes: heu miſeros quanta caligo cecat recte conſultū rectiſſime eſſe factū aſſeuerans. Conſolabat q; certatim regem vt quiſquis maxime poterat: facinuſq; ſuū ſtultis nutriebant preconijs patricidiūq; et facinus regiū quo pontificali ſanguine impias fedauit manus: non extenuās tantūmodo ſed cōmendās laudando qđ obiurgare debuerant: nihil temere nihil truculenter aut inhumane nihil acer-

be aut tirannice sed iusta irritatū et que diutius q̄ transgressiōis moles exigebat differebat ira in episcopali nece regē cōmisisse vt ingenia humana sunt ad illius cui assentantur leuandū culpam nimio plus facunda quinimo Stanislaū epm̄ dignū et iustum celum fuisse insusurrās exemplo quibus rex delinitus sermōib⁹ et eox assentatiōe rectū se egisse op⁹ existimās: eidem pontificalem et sacerdotum familiariumq̄ suoxum domesticoxum foxtunas militari irruptione expilari mandauit; assidue ceco pectoxe inuestigans si quid vltra inferre posset in eum: qui iam hui⁹ vite limen excesserat: vno patricidij sui peruerso opere bis impius bisq̄ prophanus qui et rep̄hensoxē suū salutaria monita ingerentem non erubuit et pontificem rem diuinā tractantem trucidauit. Jn hūc modum sancte memoxie Stanislaus Cracouien epūs cui ab incunabulis fidei et religionis inerat vigox vite merito dudum martyr velut electus aries ex magno grege assumptus: acceptabile holocaustum offerens omnipotenti deo palmā gloxe eterne que causam dei intrepide agētibus impenditur consecutus sanguinis palmā illustrissimā occupauit glorifico et glorioso martyrio humanis quidem manibus: sed ferina mente sub Gregorio papa septimo dum annū prope quinquagesimū ageret plumatus est et per moxtem premia immoxtalitatis octo annis pontificali in Cracouien ecclesia administrato sacerdotio adeptus si moxs appellanda est que viuendi dedit inicium. Jn hunc modum gratissima deo victima litata est verus ipse sacerdos dei et hostia sanguinis sui profusione christum victorem victox secutus ad celum. Jn hunc modum suis tantūmodo viribus constās episcopus et de rege potentissimo multarumq̄ gentium t nationum victoxe t de sua armata militia triumphauit pontificatumq̄ suum domino nostro Jesu christo nobilissimi sui sanguinis effusiōe sacratū reddidit. Jn hūc modū maximo certamine sublimiq̄ robustate martyriū cōfecit. Qui qō defuit passio in christi iuxta qō de se restat apl̄us: insigni suo et mirifico martyrio nosci in suo coxpoxe suppleuisse. Anima cuius beata tot ictibus et tormentis carnificū: tot cruciatib⁹ t p̄ssuris a coxpoxe excusa volatu celeri ad p̄pa remeauit: benedicte speculū trinitatis pro sui martyrij singulari merito p̄fundissima acie visura et inter p̄mos martyrū ordines splendissimū atq̄ amplissimū locū p̄ceptura ministerio angelico aduēt̄ eius vniuersa ierarchia celesti honerāte in etheras celoxq̄ et sempiternas: vñ illi oxigo fuit inuecta est māsiōes: in p̄cilū brōxq̄ spiritū t in regnū dei cū insigni triūpho recepta: exoxtata ierarchicis splēdoxib⁹: diuine maiestatis effecta p̄petua p̄rēplatix: ad sacras ianuas t in thalamū celeste cū splēdoxe ad mirabili atq̄ coruscō: acceptaz; et in collo

quium familiare dei admissa ac in participiū hereditatis eterna suscepta ex cuius occisione sonꝰ valde canorus ꝓdijt qui vniuersum orbē catholicum et ad ora in cōditoris laudē soluēda ptulit et corda orthodoxoꝝ in eius amorē excitauit: nō temere sed religiose atq; pie crediderim q; Stanislao epō ex bello infestissimo ex pugna crudelissima cruore oblito et in mille partes cōciso de rege potētissimo et suo exercitu triūphū et palmā referenti: christus dñs qui agonē suū letus spectauerat qui pliātē adiuuerat cū ommū beatarū animarū occurrit catherua et militē suū blandissime compellās mirificis extollebat ꝓconijs. Coronā varijs floribus cōtexta velut victori magno agones suos ꝓmiatiōe eterna remunerās offerebat. Apud cuius maiestatē vir dei Stanislaus ea poterat vti querela: Elides ne qualia patiūtur o verbū dei rephensores criminū nephādoꝝ Ecce eñ Boleslaus polonoꝝ rex increpationē meā nō ferēs ꝑetri militis post triennīū ab inferis reuocatione et casu trino suoꝝ militū me occidere iussu suo venientiū. Tue insup maiestatis ꝑsentia nequicq; deterritus: ausus sacrilego me ad ara corripuit: et corpus cōcidens in frusta feris deuorādū discerpsit. Cui querele dñs christus tale ꝑsumi potest dedisse responsum. Vidi certamē vidi agonē tuū nec spectatori solū aderā sed adiutori: et quoniā pro meo noie non exhorruisti p̄eliū: victorem et martyrē vniuerso orbi: polonis ꝯo ꝓthomartyrē et patronū magnificū te decerno: corpus tuū nouis radijs et luminaribus celestibus illustratū absq; cicatricū vota reintegro: angeloꝝ illi deputo custodiā: triplicata laureola te ad orno virgineo copore referente de hoste triumphum.

Capitulum vigesimumsextum.

Occisione viri bti Stanislai episcopi tā crudeliter ⁊ tirānice secura in graues lacrimas et lamēta ꝑmū deinde ad imensaz exultationē et gaudiū vniuersa Cracouieñ ꝓuocata est mater ecclesia. Gaudebat siquidē ꝓpter cōfessionē et cōstantiā sui pōtificis: q; tā fortissimū de se agonē ꝑstiterit: flebat ꝓpter viduationē q; tā speciosuz ⁊ charissimū pre filijs hoim spōsuz sibi dolebat ablatū. gemebatq; ⁊ in gemitu suo ac suspirijs p singulas nocres lectū lacrimis rigabat. Erātq; iuges lacrime in maxillis eiꝰ: hoc insup ad gemitū eius accesserat luctificū q; nemo repertebat ea tēpestate tāto arto sanguinis aut familiaritatis vinculo tā sctō atq; solēni officio Stanislao epō ꝑiunctus. Sed nec ex viris ecclesiasticis aliquis tanto zelo et charitate impletus qui aut publice luctum edere aut iusta funeri soluere aut corpus sacrum recolligere et in ecclesiam maiorem immo nec inquācūq; inferre

aut liberam vocem emittere auderet. Singuli metuebant singuli erubescebant singuli execrabant solemnitatē luctus implere. Nemoq; mutire ausus est preterq; in angulis et tenebris in timore cū hoc sibi totū regius vindicauerat terror penali edicto ꝓhibens ne cui corpus beatū colligere aut humare liceret et quos luctu affecerat lugere nō sinebat singulos vetabat merere neq; publico neq; priuato officio curare corpus sanctū periſſe illum existimans quē pro christi nomine crudelis mucro consumpserat: maximūq; luminare etiā post mortem exterminare conatus gestiens grandi animi estu sacros artus et carnes pontificis a feris alitibus et canibus deuoratū iri. Ad leuandū insuper facinus regis ampla in sanctū a proceribus et satellitibus suis nō cōscientie impietate cōpunctis nec effectu patricidij mitigatis facinora adulterina mendatiorū cōmenta cōgesta sunt et pontificis occisioni inique insultatū Grauia in illum criminū vt viri sancti obscurarēt nomē viperino ore obiecta. Et dū vera criminationis causa non suberat calumniosis illum conati fuscare figmentis: maligna in eum ceperāt sarcire mendatia et in solatium perpetrati facinoris falsis criminationib⁹ vitā infuscare conati sunt: ictissimi pontificis concinatis virū dei sathagentes fedare obprobrijs: qō vt facilius proueniret: et in credulitatē humanā defigi posset verisimilia vitiorū nomina Stanislai virtutibus calumniatores obiectabāt: peruertere quoq; sancta eius opera aut si id minus ꝓcederet fuscare emula sanctitatis iniquitas cōtendebat figmentoꝝ funiculo et faceti sermonis argumento. Eūq; non pontificē non ꝓsulem sed pressorē: episcopū et opib⁹ deditū non episcopū: pastorē nō pastorē: speculatorē nō speculatorē: mercenarium non sponsum: lugum nō pastorē: non mentiū sed renū scrutatorem: aliaq; multa que solent calumniatores et inuidi iactare voto nequitie procaci ore et in cōuitia semper armato: obgannitēdo calumniosis detrahentiū labijs et venenosis adinuentionibus factionū appellabāt: multipharijſq; carptionibus nitebant Stanislai sanctitatē incessere et contrauere facinus regiū oblitioni nō regē tantūmodo sed et ipsos dedecorantē. hec quoq; criminationū figmenta diuulgare rex Boleslaus iussit tam in dictis q; in factis estimationē eius laudemq; subrui sathagēs et penitus exterminatū iri. Cuius omnis ad hoc tendebat intentio vt viri sancti opinionē violaret famāq; deiceret inuidēs decertatori veritatis et iusticie in appellatione martyrij pariter et honoris adeo vt foret Stanislai nomē omniū salibus aſperſum omniū ludibriū iocusq; mensaq; At nō magnus ille diuine ꝓuidentie oculus quiescit in longū et mētiens sibi imprudentia viri sancti operationes et merita fuscare nequiuit: neq;

solidum illius valuit decerpere agonem. Cuius lux tanto lucidius emicuit quanto illam humanus conatus et manu et lingua fuscare et extinguere laborauit studiosius: postea enī q̄ nihil reliquū apud hoies rebus Stanislai episcopi supesse visum omnipotētis dei ꝓuidentia imbecilles hominū mentes pericli tari desperatiōe extrema passa nō est. Continua enim dñs post peracta certamina: post explerum agonē mirificare cepit sanctū suū: et quicq̄d in eius ignominiā et dedecus impius rex decreuerat in augmente opulente laudis cōuertit dissoluens tirannidis sue machinā et labia loquentiū dolos et falsitates cōfundens. Cum enim altera post occisionē viri beati Stanislai illuxisset dies: et Boleslaus polonorū rex suiq̄ satellites et milites et sceleris in pontificē sanctū parati consortes: ceteriq̄ qui eor assentabant facinori: corpus beatū a se cōcisum et dispersum: credidissent a feris alitibus et bestijs ꝓsumptū e quatuor mūdi partibus: quatruor rare forme: rareq̄ magnitudinis vise sunt aduolasse Aquile diuaricatos custoditure artus que passionis et artuz corporis beati circūgirando sublimius et singulari curiositate loca vultures coruos ceteraq̄ bestias et alites a contactu sacri corporis abigebant. Vlise insuper a quibusdā viris timoratis et deuotis nocte occisionem martyris in sequēte mire rutillantie celestes radij in vniuersas conscisi corporis partes descendisse z fulgorē sinū diei subsequentis diluculo coniūxisse. Totq̄ in singulis locis supne luxerūt lāpades quot sacri corporis dissecte fuere partes. Euidēti signo demōstrante altissimo tot militē suū dignificasse coronis: quot illū moribus tiranni truculentia quantum in se fuerat destinasset. Tunc quoq̄ iniquitas os suū primū cōtraxit cum sanctitatē Stanislai episcopi celestibus declarari miraculis agnouit vt sanctū illum iustū atq̄ deo charum: celice tūc clamarēt lampades dum malignoz illū etiā extinctū insectarent cōtumelioſe captiōes. Tri duo itaq̄ hec ꝓdigia non rumore solū vulgata sed frequēti visione a fidelibus cōspecta et in admirationē et religionē versa nonnullis deuotis patribus ecclesie Cracouiēsi prelatis et canonicis pleris quoq̄ laicis numero quidē paucis: sed fide integris et religione multis iniecerūt curam dederūtq̄ ausum vt partes sacri corporis recoligerēt et iusta condirent sepultura. Nihil itaq̄ regis atrocitate et edicto deterriti ad locū passionis pedetētim et pauide accedētes: partes corpis q̄s funest⁹ satelles reliquerat varijs locis dispersas et vsq̄ in eor aduentū ab aquilis scrupulosius custoditas accurate recolligere ac diligenti ꝓuidentia laniata membra et ossa et in rose liliorūq̄ morē candentia et rubentia preciosissimis gemmis cariora et omni probabiliora auro apto et cōgruēti ordine pe-

ciem cõiugendo a qua excisa credebat peciei corpus lacerũ componere gestiunt: mirandis succedũt mirabiliora. Stupendũ dictu sed superno artifici et eterno suorũ athletarũ remuneratori facillimũ subito corpus sacrum celesti medicamine in singulis partibus solidissime absq; oĩi cicatricum nota reintegratũ conspiciũt. Itaq; longe contra quã rex impius cogitauerat cessit et illud ipsum corpus in mille diuaricatũ partes et rictibus ferarum ad deuorandum expositum: angelico custoditũ ministerio et in primã speciẽ quod vix ab infidelibus credi potest: diuino restitutum est artificio: vt crudelis cõcisio magis illi contulisse videret medelã q̃ penã. Apparuitq; corpus martyris dei Stanislai integrũ et instauratum omnibus mirandũ omnibus venerandũ. Quis enim non stupere: quis non miraret corpus mille sectionibus lacerq; ad solidi corporis reuertisse vnionẽ. Quis nõ expauescere membra singula multipharie diuaricata non vi pigmentorũ non solicitudine amicorũ sed celesti virtute sua loca et proportionẽ repetisse et oĩbus cicatricibus vacua esse. Tunc enim supernꝰ medicus de corpe sui athlete quicq̃ minacissimꝰ rex truncauerat: quicq̃ cruentus carnifex intulerat deleuit abstersit. Tunc contumelijs et improperijs militaribus corporis sacri absq; cicatricũ nota reintegratio et aquilarũ custodia et lampadarũ frequens ad bustũ sancti descensus sufficiẽter respondit et sanctũ dei ab omni fuscamẽto vindicauit: vt in singulis ei glorificationis magne et excelse respõderet claritas qui tam horrendã mortẽ et concisionem pro fide et iustitia pro veritate pertulerat. Tam suauis deniq; iacẽtis z reintegrati odor fragrabat corporis et tam immẽsus vt omnes eo cõplerẽt. Cunus rei tam benigno spectaculo exhilarati fideles minus cunctanter corpus sacrũ ad ecclesiam sancti Michaelis de rumpella in qua sanctus martyriũ pertulerat. Regis em̃ Boleslai seuitia etiã tunc illud vetabat in ecclesiã maiorẽ inferri cum debito honore z summa omniũ qui huic officio adesse meruerãt alacritate deferunt: ac ante fores ecclesie in proparulo et sub diuo tirannidẽ regis et electionem corporis sacri veriti sine luctu sine complorato: sine cerimonijs vili sepulcro inferunt: et in tumba aromate referta ex more recondunt. Et quam reintegrationẽ in sancto corpore peruiderãt reuersi ab officio funeris cunctis stupentibus enarrant. Que quidem species sepulture in partem formidinis et in terroris diuini magis nõ prohibita q̃ cõcessa est: ex tot corporis beati frustis vnus notabat manus dextre defuisse ex indice articulus in proximũ lacum pectus: sed z hunc quoq; requirendum atq; reperiendũ diuina monstrauit miseratio: piscem enim qui illum gluttiuerat quocunq; se nando verteret superni luminis cãdor

quidam ei supereminens prodebat. Ita q facile a nautis captus adhibito in viscera scrutinio: articulus quoq qui desiderabat repertus et cetero corpori apositus magnitudine auxit apud singulos miraculi: sed t laici predicti vndis ex contactu sacri corporis singularis propitiatione diuino ab eo tempore attributa est potestas: vt egritudinū varias sanent passiones. Et si quando ad vsus adhibeantur humanos inficiūt illos potius q̄ expleant declarantes se illis aptas decetero non esse et quodāmodo naturā suam mutauisse quod dante domino in sequētibus latius nos credim⁹ explicaturos. Hec erat pompa sancti funeris: hec sepultura pietatis: angelico primum ministerio deinde humana procurata omnium regiarum pomparum in sumptu et officio celebrior prodibant: iam tunc de nouo pugile fidei noua gaudia: triumphalia intonescebant signa: vox fusi intonabat sanguinis inclitri martyrij sui clangebat tuba: terra suauis aspersionem non illebat cruoris: regio polonica nobili predita bellatore resonabat: certa fidei preferens iudicia et dignissima sacramentorū monumenta: propter quod letari sunt celi et terra. Grandis matri Ecclesie causa accessit leticie. Multiplex illi materia iocunditatis prouenit habet vnde altissimo nouum decanter canticum vnde imimēse laudis hymnum deo referat: vnde letis animis iocundetur vnde compitori debitas concinat cantiones.

Capitulum vigesimumseptimum.

Varios sanctos varijs legimus a clementissimo deo miraculis et virtutibus pro suis actiōibus et meritis illustratos fuisse. Huius autē viri sanctissimi Stanislai Cracouiēsi episcopi et in vita et in morte sanctitas et meritū tot prodigijs et ostentis declarata et illustrata est vt pene hominū credulitatem excedant. Quis enim non miret virū beatū post trienhales cineres Petrū militem suscitasse: et Boleslai regis milites ad mactandū virum dei ter desternatos ter retrorsuz corruisse: cū et Lazarus a Christo dño nostro resuscitatus tantūmodo quadriduan⁹ extiterit: et Judas scariothis cū iudeis Jesum christum dominum nostrum comprehensurus semel tantū modo retrorsum ceciderit. Quis nō miret preciū rare virginitatis illū in omni vita mēte et corpe custodisse. Quis insup nō stupeat corpis sacri in mille dissectas partes angelor⁹ verius q̄ aquilaz misterio a quolibet ferarū cōtactu noctē t interdiu custoditas: supnis insup luminaribus irradiatas fulsisse: et sanctum corpus tam frequentis concisionibus lacerum perfectam reintegrationem etiam sine nota cicatricum resumsisse.

Quis siquidē vna et eadē fides sanctos dei vniuersos dei in passione ex ercuerit diuerso tamē tam meritorū q̄ gloriaq̄ genere vnūquēq̄ cōpro bauit victorē. Hic est itaq̄ martyr insignis et celeberrim⁹ qui cū in cor pore mortali sicus luxisset viuentibus matutinū. Nunc hesperus fulget vita functus mortuis. Qui cum fide misericordia studio vigilāria atq̄ omnibus institutionibus religionis christiane supra pene hoies viguis set: perfectus in verbo et in omni eruditione omnes aduersitates et iniu rias intimidus et securus: tirannidē quoq̄ impauida mente perpetiens etiam supra ceteros sanctos clarescere meruit multiplicibus prodigijs. hic est qui in oñi vita sua vir vite angelice extitit et tam mēte q̄ corpe integrā virginitatē gerens virgo vsq̄ ad cōsumationē martyrij perma nens. Et pro dei et ecclesie z populi iniuria cereris episcopis ꝓuincie po lonice dissimulantibus omniū alioz vicem et negligentiā suppleturus: in aciem discriminosam se ponens: et vsq̄ ad mortē pro veritate et iusticia agonisans: tam sublimibus ab omni potenti deo meruit mirificari prodi gijs. Unde non immerito vniuersa katholica ecclesia per orbem terrarū diffusa in ipsius amplissimā decantat laudem. Ueri solis radius medie celestis meritoz martyris auctor est et testis. In splendore corporis ca stitatē signās quod integrū reddit amorē designans. O virū magnifice humilem et humiliter excelsum qui sue gentis fluitātē pupim inter ho stiles scopulos agens fluctibus non poterat separi aduersis q̄s hūc mor tuum imo vero quis nō glorioſissime viuentē dicere audebit: quem deus primū in terris viuere voluit vite raritate insignē: deinde celestibus glo rioso triumpho inuexit et immēsam illi paraturus gloriā prmisit illū inua dit: excerebrari: mutilari: cōcidi: omnia membra scindi: disici: feris deuorā daexponi: et cum omnibus puraret deletus: repente et preter oim spem vis omnipotentis inclaruit et quantū gratū esset sui corporis holocau stum pariter illuxit: nam corpus omne minutatim cōcisum omni nota ci catricū vacuum restituit: angelicas depurauit: lacero corpori custodias ad bustum suum celestes fulgere lampades fecit: ad inuocationē nois sui variorum morborū genera et plurimas sanauit egritudines. O q̄ felix pontifex qui pro vna temporali vita eadēq̄ breui et incerta ac mille semp casibus exposita duas vt ita dixerim eternitates preclare virtutis coro nam adeptus est: vnā videlicet in triūphanti iherusalē: alterā in milita ti: altissimis in vtraq̄ inscriptus noibus q̄ illius virtutes et trophea cū omni perhēnitate apud mortales laudabunt eternū suoz operū preco nium in omnes generationes et inter celestes spūs seraphicū locū habi turus nobilis viuēdo: sed mortēdo nobilior. Sctimonie aūt sue ex miris

et rarissimis effectibus potest notari et deprehendi magnitudo. Nisi enim in celo inter primores et beatissimos sanctos viueret: nisi singulari merito et celebri martyrio excelleret: neq; corporis sui absq; cicatricū nota: neq; corporis tam excarnificati fulgor sole lucētior atq; splēdidior: neq; mire rutillantie lampades supra artus cōcisos resulgentes: neq; aquilax celestiū munimine: neq; languidox ad sui nois inuocationē freqnset assidua medela neq; insolita prodigia quib⁹ vir vere apostolic⁹ vere sanctissimus a christo dño declaratus est pruenissent. Exequatus vir dei Stanislaus: est quēadmodū perspicacissima tam credulitate q̄ cōiectura rerū potest maximo inter natos mulierū Joanni baptiste qui fere totū quod de Joanne p̄dicat habuit cū illo cōmune. Nā vterq; ex sterili et diu cōclusо vtero pgenitus: vterq; virgo et vterq; vitatis preco et assertor: vterq; incestuosarū libidinū et illicitox cōnubiox in regem reprehensor vterq; venture ire dei anunciator: vterq; pphetico pollens spū: vterq; languinis pro dei lege iusticia et veritate effusor: vterq; stupendox miraculox patrator: vterq; heroicis virtutib⁹ et sanctitate coruscās: vterq; in celesti gloria syous irradians: vterq; tribus sertatus aureolis. Esto Joannes solius Jesu christi testimonio declaratus est. Stanislaus miraculox cōgerie stupenda. Joannis ossa ab hereticis cōtumeliata dilecta exusta. Stanislai corpus a Boleslao rege et militibus suis viris bestialmille cōcisionib⁹ lacerū feris z bestijs ad deuorandū expositū. Illius index abigne non poterat amburi. Huius a pisce non poterat cōsumi. Vere itaq; beatissimus: vere glorioſissimus: vere excellētissim⁹ Stanisla⁹ noster habendus: et per ora oīm christifideliū: p̄cipue tū sue nationis polonox efferendus: et accurato honore atq; cultu p̄sequēdus est. Qui viuēs variis pluxit virtutibus: mortis innumeris e celo effulsit prodigijs. In diē quoq; p̄sentē assidua operando apud polonos miracula refulget passione sua et meritis p̄dicanda oibus virtutē pietatis. Oter quat erq; beatus p̄sentibus et subsequētibus suffragijs gloriax cui pro iusticia pro religione glorioſissime cōtigit operere et insigne fuе fidei religiōis atq; virtutis relinq̄re testamētū posteris: nō atramēto scriptū sed sanguine: non in tabella sed in corpore: nō paucis sed vniuersis p̄futurū. Jam enī in tuto est neq; aditus quoq; sublimi potest: iam tribunalia cūcta trāsgressus omnū mortaliū minas ac truces vultus spernit et in cinerib⁹ sui martyrij quiescēs nouissimā tubā ad resurgendū in gloriā sempiternā per corpus glorificandū expectat. Sopitus est qui mortu⁹ credebat. In melioremvitam translatus est: cuius memorie z nominis eradicatio de terra querebat. securus quiescit: nemo est qui illum decetero exterreat. Cuius

sacrati et triumphalis munere sanguinis fusione non Cracouiensi tantū modo sed vniuersa polonica nobilitata est ecclesia et suo felici martyrio magnifice insignita. Recte itaq; sanctum nostrum aliquid plus dixerim q̄ martyrem. Qui a militibus primo secundo et tercio sacrarium ingredientibus ter martyrium quantum in ipso erat pertulit. Qui truncatus capite et cerebro per pauimentum cōsperso nasus et labiorum abscisionem toleraut. Qui denicq; ad extremū mille lacer frustulis martyrij palmam rarissimam accepit dum concisus nō interijt sed reintegratus effulsit. Qui cum putaretur consumptus vt lucifer exortus est et quasi meridianus incanduit fulgore eo certiora assecutus premia quo pro veritate fide et iusticia acriora tollerauit tormēta. Quapropter iustior veriorq; prebita est nobis prouida dispensatione altissimi de occisione sancti dei materia letandi q̄ dolēdi. Nullū siquidē nec eius nec superioris ꝛ qō admirabilius reor nec postea decursę etatis pontificem in polonia Stanislao comparandū fuisse aut sanctiorem in vita aut in religiōe aut ordine probatiorem: in defendenda iusticia et veritate: in reprehendendo regem in auertenda et repellenda oppressione: in colenda et manutenenda religione vir mansuetissimus: et cōstantissimus: fortissimus vir generosi ꝛ alti spiritus dignus quem aggrederetur aduersitas. Eque in alios scultura in nostre et cuiuslibet alterius etatis pontifices: si eque reperiret qualificatos. Non enim molli et meriti documenta visa est virtus vnq̄ constitisse nec tuta et inertia secura est: sed audax: sed periculosa sectari.

Capitulum vigesimumoctauum.

Varia post hęc et diuersa in diebus occisionē viri beati Stanislai subsequentibus facies in pectoribus hominum nascebatur. Rex quippe Boleslaus et sui purpurati hi presertim qui se nephanda cede viri sancti inquinauerant facinus suū vt illimoris potestati est et multipharie leuare arq; extenuare conabantur a viris ecōtra ecclesiasticis et timoratis: mors sancti perindigne accepta lataq; est et frequentius verbis querelisq; libertoribus indultum probris insuper plurimorum rex insectatus q; princeps alioquin christiano insignitus caractere: honore regio et dignitate preditus tam crudele tam terrum et immane facinus occupasset: ex quo et regis infensio in pleroscq; secura est non latens neq; obscura. Animi ceterorum passiones suas metu regio compalmentium in effabili profundebantur merore dum tirannidem insanctū cōmissam nec audire sine cordis amaritudine nec audiram recolere sine grandi execratione et tristicia valerent. Pro-

uenerunt interim necem sancti vindicantis et vindictam portendentia ꝯplurima. Nam et noctibus assiduis sepulcrum beati viri Stanislai supernorum luminariū et lampadū illustrabatur fulgore: quod non a devotis tantūmodo et religiosis viris: sed passim quibuslibet ipsisq; carnificibus licebat cerni: dū insuper lugubris nuncius occisionis viri dei ad summū pontificē Gregoriū septimū perlatus esset: diu res pro ambigua habita est discredētibus papa et cardinalibus christū dñi a christo cesuz fore: postea vero ꝙ facinus horrendū tū litteris tū relatione ac testimonio plurimoz cōfirmatū est: in flebilē lamētationē summ⁹ pontifex ruens et quo rigore quaue aniaduersiōe Boleslai regis et suoz militū tā atrox et barbaz scelus plectendū foret deliberans. Tandē regē Boleslaū z milites occisores viri beati z oīes alios quoz fauore cōsilio assensu z mādato fuerat occisus: auctoritate dei oīpotentis anathematizat. Deinde Gneznen archiepō Petro et vniuersis polonice ecclesie episcopis dedit in mādatis: quatenus in execrationē et penā patrati per regē et milites patricidij Interdictū per vniuersam Gneznen obseruaret prouinciā et tam rex Boleslaus ꝙ milites sceleris participes et conscij diebus dominicis et festiuis pulsatis campanis et candelis accensis publice et solenniter noiatim et expresse denunciarent interdicti et anathematizati. Vniuersum quoq; regnū polonie interdicto subiectū generaliter sic ꝙ preter baptizma paruuloz et penitētias morientiū nullū in ecclesijs et parochijs prouincie Gneznen ecclesiasticum aut diuinū officium celebrare tur: nec decedentiū corpora traderent sepulture. A rege quoq; Boleslao et militibus occisoribus: sed et a familijs eoz nihil recipet in oblationē nihil in elemosinā ad mitteret: nec illis aliqō impēderet sacramentū: preter baptizma pueroz et penitentiā laborātib⁹ in extremis. Eandē quoq; districtionē in singulis locis ad que extra puincia Gneznen rex z occisores ceteri et conscij deuenirēt: mandabat ꝙdiu illic presentes morarent obseruari. Regem insuper Boleslaum et polonie regnū omni honore dignitate et excellentia regali priuauit ac omnes principes barones vasallos et subditos ab eius subiectione et ditione absoluens: obedientiam z subiectionem solitam sibi exhiberi veruit. Filijs insuper et nepotibus heredibus et posteris militum qui sanctum occiderant et qui auxilium consilium vel assensum in facinus patrandum prestiterant ascensum ad quelibet tā ecclesiastica ꝙ mūdana beneficia z officia dignitates z honores quatenus in paterni criminis memoria assiduo rubore rubescerēt vsq; in quartam generationem interdixit et beneficijs: officijs: honoribus: z dignitatibus priuauit habitis z habendis. Inhibens eidem archiepiscopo

Snezneñ Petro et suis coepiscopis polonie ne aliquē cuiuscūq; gradus preeminētie aut status in polonie regē coronare et inungere audeāt. Sedeapostolica incōsulta. Petrus aūt Snezneñ archiepūs et omnes polonice ecclesie antistites mādatis apostolicis exceptis et si grandia t amara iubeant. Tirannidē quoq; regis Boleslai et militū habere ēt in formidine et respectu ne quid grauius in corpora eoꝝ aut fortunas solita seueritate consulerent. Mandatum tamē apostolicū preuaricare non ausi in terdictum et anathema apostolicū publicant. Et ecclesijs singulis obseratis diuinorum laudum organa non sine suo cleri quoq; et populi polonici graui eiulatu suspendūt. Regem quoq; Boleslaum et milites necis viri beati participes et cōsortes denūciant publice et per nomina excōmunicatos anathematizatos et interdictos reuelatū. Preterea fuit nōnullis deuotis et religiosis viris per diuinū et patulū oraculū pro admisso in virū dei Stanislaū per Boleslaum regē et suos milites facinore polonie regnū et prouincias ei subiectas in tot diuisionū monstra scindendum fore: quot Boleslaus rex per se et milites corpus sacrum dismembrasset. Et post aliquanta secula post polonorum humiliationem et contritionē placato et propiciato deo in morem preclulis sancti omni cuiusli bet cicatricis note vacui reintegrandum. Cuius quidem oraculi denunciationem tunc noticie humane prestitam: et processū dierum verificatā succedens etas vidit. Nostra quoq; nūc experitur et videt et futura prestante christo domino est visura. His itaq; et ꝯpluribus alijs cuētibus regis et militum patrati patricidij extimatio cepit refelli: et in pectoribus eorum quantumcūq; obstinatis et saxeis quedā penitudo subrirī; viros vero ecclesiasticos et presertim ecclesie Cracouieñ prelatos canonicos et ministros et pro facinoris immanitate t q sibi pontificē sctiñ et diuinum dolebāt ademptū: et pro presentis atq; future virtutis significatione: longa tristicia detinuit. Tum quoq; primū liberioribus ḡrelis multis quoq; lamentis multo dolore ac gemitu enecatio viri dei prosecutaꝝ non in Cracouieñ tantūmodo dioceſi sed et in vniuerso polonico regno. Tunc quoq; et in regem Boleslaum et milites necis conscios plura maledicta conuicia et improperia deprompta et seuicia eorū multipharie accusata que regem et milites velut furentes et audatiam rememorantes sceleris graui penitudinis aculeo: decoquebant omnati more ingenij humani non ad longum dei iudicia que paricidali scelere prouenerant: quietura secretaq; iam mentis pena vrebatur: commemoratioq; reatus fiebat vnicuiq; supplicium. Et ꝯquis de varijs domibus generibus et familijs varij numerabantur milites cedem viri sancti cum rege

vna peregisse. Immanitas quoq; sceleris singulos qui aderant regis obligaret ministros et satrapas patricidij tamen summa magis coarguit. Milites de quatuor familijs et generationibus qui amplioꝛē in illo patricidij facinoꝛe gessisse ferunt principatū videlicet babarū cum cruce in campo celestino. Item fluuiū Sczenijawa cum cruce ꝛ qui ab ipsis scissi sunt simplicē fluuiū sine crue in campo rubeo qui se Druszijna appellant. Item Strepam in campo rubeo pro insigni deferentes: quoꝛū successio et progenies in hanc diē apud poloniam perdurat frequentioꝛa probra spargebant. In hos quoq; cumulatioꝛa congerebant cōuitia: quasi hi ꝛ feruidioꝛibus et magis ꝓperis dextris in necem sancti crudelius ceteris grassari foꝛent: et animū regis suapte furentē et incensum ad maturandum facinus incendissent.

Capitulum vigesimumnonum.

Andreas miles nobilis viri Damiani filius dioceſis Wratislauiēſis armiger de vna villa sue ditiōis in alteram cum familia pignoribus et oīni supellectili transiturus. Odram fluuiū plus tūc solito vndis inflatum necesse habebat. Andreus em̄ hereditates suas interfluebat transire. Nutricē itaq; suoq; duoq; natorū cum filio annū vnū habente et filia quadriennali iubet superare flumen: cumq; nauclerus Scapha nutrice et pueris impositā per flumē minaret nauem ad mediū fluuiū contigisset vndarū vorticibus acta nauis in trunc arboris impulsa: eam nauclerū q̄ nutricē cum duobus pueris euertit et aquis illisit. Periclitationē autē natorū parentibus in ripa eminꝰ prospectantibus: ingens acerbitas incesserat. Videbant em̄ natos periclitatione ineuitabili ab vndis confundi et nulla illis humana ope succurri. Inflebiles itaq; eiulatus tam ipsi q̄ alij qui corā aderant versi: altioribus fletibus q̄ vocibus beatum pro salute naufragantiū interpellabant Stanislaū: offerentes se illi varia vota soluturos: ad beati Stanislai inuocatione nauclerus natando mortis supeminentis euasit periculum. Infantulo vero et que illum cōplectebantur brachijs nutrici p nōnullos mortaliū in nauibus accurrentes succursum est: puellula vero cū aquarum impetu ferretur in precipi: clamor ingens stantium in ripa et vociferantium O beate Stanislae salua illam sublata est. Tumentibus tamen vndis suffocatur: et scrupulosa nauarum diligentia ad iacrū vniꝰ sagitte amne eam deferente reperta ex aquis extrahitur et refertur extincta in littus Tum vero per alia nauigia ad corpus defuncte puellule accurentibus parentibus: noua vociferatio nouus gemitus attollitur. Sancto quoq; Stanislao nouis lacrimis nouis votis propulse resuscitationē supplicatur. Parentibus autē et multitudine hominū sexus vtriusq; que ad id spectaculum ex vicis vicinis conuenerat oratione et votis instantibus: aqua multa de corpore suffocato erupit: oscitandoq; oculos aperuit et ad plenū reuixit: cū ab hora diei prima vsq; ad horā terciaꝫ

mortua et suffocata iacuisset; sanaq; et incolumis ad sepulcrū beati Stanislai in Cracouiā quēadmodū parētes voto solēni deuouerāt adducta: bñficiū resuscitatōis sue qñ p se nō poterat ore parētū cūctis vulgauit.

Capitulum septimum.

TRium annorum puerulus apud opidum Aharticimū Gdanſk Wladislauiēn diocesis: vbi vistula hostio vno occeano illabitur equoreo: cum coetaneis suis in ponte ante arcem Gdanēſi ludēs: infausto casu ex ponte in predicti fluminis vistule precipitatur aquas. Et ante q̄z illi posset humano adiutorio succurri immensitate suffocatus vndarum ad profunda amnis descendit. Diutius vo a nauticis hominibus et tam nandi q̄z naucleandi peritis quesitus: t non nisi post decursum longi temporis cum difficultate sub vndis repert⁹ ad pontē ex quo in aquas corruerat refertur defunctus. Et ex mora diuturnitateq; tēporis liuidatus in corpore vniuerso tumefactus t inflat⁹ nullum vite restituende preferens signū. Quod vbi nunciatū miseris foret parentibus vterq; in flebilem gemitū ruens: vniuersos Gdanēſi et ad cōmiserationem et ad cōcursum cōmouit: et in locum ad quē puer suffocat⁹ iacuerat deduxit. Erat t iam tūc apud pomeranos. vni⁹ eñ pncipis quē admodū cetere polonor regiōes cōtinebant imperio Stanislai celebre nomen q̄ illum terra pelagoq; varia beneficia inuocantibus certo certi⁹ prestitisse didicerant. Quapropter conformi voce et voto quasi imperatos t instructos crederes: sed quod ego magis reor inspiratos a singulis beati inuocatur patrocinium Stanislai et magnalia illius interpellatur. Vniuersis deniq; qui confluxerāt pro pueri resuscitatiōe lacrimas effundentibus et sedula deuotaq; prece vota Stanislao soluentibus quatenꝰ et parentibus pueri doloris acerbitatē adimeret: et vniuerso qui conuenerat populo sue cōsolationis gratiā prestaret: subito de cadauere suffocati aqua erupit et puero trahente oscitationes et supiria tā liuor q̄z tumor a corpore defuncti dilabi sensim cepit. Tuncitaq; cetus ille spe impletus optima puras et sacratas Stanislai preces ad gratiā exauditionis ratus pertigisse clamorem vt in tali refieri consueuit sustulit. Conclamantibus aūt omnibus qui aderant Jesu christi potentiā et pontificis gloriosi Stanislai merita deuotissime implorantibus puer velut graui e sopore expergefactus oculos aperuit et a parētibus ceterisq; astantibus certatim ad eū ruentib⁹ in pedes erectus et quasi nimio defatigatus labore constitit. Et omnibus videntibus illum post tā diurnā mortem resuscitatum: fuit miraculo deinde in eodem paternā turbā ciuitatis

illum prosequentē deductus: incolumis ex ea die parentē vtroq; soluentē vota permansit. Quis autem vt prefati sumus Stanislai nomen dudum fuisset apud pomeranos insigne et celebre. Ex huius autem cō referimus euidentia prodigij omniū mortalium pelago et in continēti habitantium pectora ad admirandum et ad venerandum se et ad implorandum in singulis necessitatibus casibusq; terra t equore emergentib⁹ suffragia commouit et pertraxit Stanislaus. Cuius sanctitatis magnitudo plurimorum aliorum signorum sublimitate apud occeanum Sarmaticum extunc refulsit.

Capitulum octauum.

MArtino Nicolao t philippo laicis ad limina beatissimi Stanislai ob singularē deuotionē propter eximia a fe de illo audita miracula et merita concepta in cordis simplicitate et alacritate gradientibus et siluam pregina ingressis: duo latrones predādi gratia ex latibulis nemoris armis et sagittis ex improuiso irruentes ipsos inuadunt. Et Martino quidē ac Nicolao ex pauore diffugientibus: solus philippus quoniā velut audatior ceteris nihil inuasione latrorum deterritus opponebat resistentiam: duobus cōtra vnū prevalentibus captur et ad interiora silue trahebatur liberius in deuio depredandus. Suffocari autem se et grauiter a latronibus videns constringi: ratus etiam sibi extrema imminere in corde suo q̄uis anxiato et afflicto deuotius quo poterat beatum cepit inuocare Stanislaum: commendans se illi atq; obsecrans: ne sui nominis peregrinum et veneratorem deuotum opprimi et excarnificari permitteret: ad quam precem illico sede latronum manibus ereptum sentiens: maiori fiducia t animo latronibus non deferentibus miraculo. Sed in illum denuo manus inicere mollientibus resistens cum illis dimicabat. qui et si cōtra vnū egregie prevalere cepisset: ab altero tamen periculum socij repulsuro inuasus et per mucronis vehementem ictum guttur illi et ceruicem pcidente percussus defluxit interram moribundus. non rebus deinde tantū modo sed et amictu a predonibus corpus nudum et truncum iacebat humo despoliatum. Sed beatus Stanislaus nec tunc quide in famulum suum deseruit extinctū quin vt Martino videbatur personalit er accedens t vim pigmentorum adhibens ceruicis et gule reintegrauit scissuram et velud a somno imperauit consurgere dormientem. Qui subito expergefactus et se nudum et expoliatum reperiens gratiarū actionibus immensis suū magnificabat celebrabat q; beatum Stanislaum viuificatorem. Conti-

nuatoq; itinere socios suos Abartinum et Nicolaum prope Cracouiã consecutus: et deinde Cracouiam nudo corpore cicatrices tantũmodo reintegrate gule ⁊ ceruicis preferens: magnum de se tam miraculum q̃ spectaculum prebuit. narrans quoq; apud ecclesiam Cracouiẽsi quanta illi deus per merita beati Stanislai ostendisset magnalia: et qualiter ene catum et extinctum reuocasset ad vitam: omnium presentium animos ⁊ pectora deuotione impleuit mirabili: nonnullorũ vero ora et oculos lacrimis suffusos reliquit.

Capitulum nonum.

Sacerdos Wratislauiensis vbis et dioceſis Joannes nomine almanus lingua et natione: assidua grauatus egritudine lumine oculorum priuatus: visum adeo amiserat: vt nec passum vnũ incedere valeret absq; puero ad regẽdũ gressus suos deputato. Cui nocte vna in abstracto loco quiescenti: et de sua cecitate varia trahenti suspiria: variosq; sue desolationis et miserie voluenti cogitatus: etiam sententia euangelica ampliorem illi acerbitatem ingerens occurrebat: q̃ fodere non valeret ⁊ mẽdicare erubesceret. Inter illas autem cogitationes sibi vicissim succedentes: dum in sopore versus foret homo canus et reuerenda facie per visum illi apparuit dicens. Comparior serue dei mendicitati et desolationi tue: pro qua rescindenda salubri consilio vtaris meo: et te actuas beatissimo Stanislao necessitates deuouens: sepulcrum illius q̃primum adire coram festines. Interim vero omnem pecuniam ad crumenam tuam reperiendam perprimũ peregrinum qui occurrerit in oblationem sancto fiendam transmittito. Sed Joanne sacerdote respondente et per animam suam iusiurandum interponente nullam se pecuniam de qua oblatio facienda foret habere. Querere illum iussit certo certius reperturum. Presbiter itaq; magno exhilaratus gaudio diluculo consurgens: socio suo et cõpresbitero Abatheo quod sibi per visum monstratũ ex ordine fuerat recitat. ⁊ quis nam sanctus foret beat⁹ Stanislaus quãte sctitatis quãtiq; meriti. ignotus eũ sibi in eã die fuerat inqrit. Quo respõdẽte sctũ dei Stanislaũ Cracouiẽsi fuisse epũm: et pro lege dei iusticia atq; veritate ab impio rege Bolesslao polonoq; cesum sctitate et suffragijs miro modo insignẽ fore. Joannes cecus visiõis religiõe et sctitate Stanislai martyris adduct⁹ ad credendũ aim apulit. His quoq; vbis ad Abatheũ sociũ vti cepit. Quis inqt habeã cõpertũ nullã me possidere pecuniã: paritur⁹ tñ mãdato oracli in peram manũ mitto reperiendã pecuniã sancto Stanislao per nũcium

oblaturus: et continue burse manum intringens duos argenteos nūmos proferebat. Sub cuius temporis articulo oculos per annos plures clausos et cecatos aperiens et homines circūstantes et nūmos quos inspe-rate ex mari subio prorulerat prospectans in iubilationis et laudis canticum voce magna prorupit dicens. Benedictus omnipotēs deus et martyr eius Stanislaus pontifex beatissimus cuius beneficio ꝑfit eor hodierna die cecitatis tenebras effugaris: oculos meos apertos et illuminatos esse. Jam eteīn et qualitatē nūmoꝝ imaginēq; et superscriptionē qua in caractati sunt cōspicio. Expressitq; figurā imaginū ꝛ suꝑscriptionum: ad ecclesiā deinde relecto ductore accurrēs debitas gratias clemēti deo et suo martyri btō Stanislao redditur⁹: peregrinū bti Stanislai limina petentē ꝛ ad fores ecclesie orātē offendit. Quē illico puerēs duos illos ꝗs repererat nūmos protestati eius cōtradit btō Stanislao offerēdos: deuouens se ꝑpediē pegrinū subsecuturū. Puerūq; cui⁹ ductu vrebat parentibus magnalia dei et beati Stanislai ipsis et quibuslibet alijs narraturū remittens comparo pro itinere viatico in Cracouiā cursum arripuit et cōcito gradu et visione integra perfunctus ad tumulū beati martyris Stanislai puenīs omnē sue illuminatiōis gratiā meritis et gratia bti Stanislai sibi prestitā apud omniū audientiū aures publice propalauit. persolutisq; votis in penates letus rediit oculorum votiua integritate vsq; ad diem mortis incolumis.

Capitulum decimum.

Jaroslai de Chelm cōsors Gorbuscha noīe filiū vlcerosum et cecū effundēs dolore ꝓtristabat vehemēti ꝑ partu lāguido ꝛ poigioso: idē ꝗz Jaroslaū maritū habebat dolor. Nulle cīn infanti erāt sedes oculor: nulla signa tractus tantūmō quidā subtilis et exiguus inter palpebras medi⁹ apparebat capitis et vniuersi corporis cutis vlcerosa sanguinē sanie mixtā emittrēs. Cū aūt die altero infans ad ecclesiā delat⁹ vnda baptismatis fuisset insignit⁹ ꝑsbiter loci et cecitate ꝛ vlcerositate penalu pueri cōspecta parētib⁹ ꝛ cognatis illius salutari pīuasiōe cōsuluit vt in honorē bti Stanislai triduano acto ieiunio ipius ꝑ sanitate infantis freqnti obsecratiōe ꝓcinū ꝑcarent. Quibus id qō ꝑsbiter suggesserat cū oīm deuotiōe ꝛ hūlitate: mil quippe parētib⁹ iproperio illo se solui estuāt⁹ arduū aut difficile videbat exeqntibus: duū tā altera ebdomada ab ortu pueri trīsacta foret nona oculor acies apparuit nouaq; ꝛ vetusta cum ꝗbz vlcerositate repulsa infantē ꝓtexit ꝓquo solēnes hostie a parentib⁹ ad tumulū bti Stanislai fuere pacte.

Capitulum vndecimum.

IVrgo Osanna quã lingua polonica Offkam intitulat: erate duodẽnis: et genere nobilis: nata Martini militis in Woÿschewÿj heredis t Agneris. Consortis ex kathiborieñ distrctu et dioceſi Cracouieñ oculorũ dolore per vnũ anni spatiũ cruciabatur immẽſo: adeoq; fortiſſimo dolore decoquebat: vt cõquaſſatis et diſruptis palpebris ad extremũ miſerabiliter cecata: nec ſedes quidem priſcor in ea adnotari poterãt oculor. Que dũ cecitatis amiſe aliquot moleſtias ſimul t improperiũ pertuliſſet: ac parentes eius pro diuturna et irreperabili filie cecitate multiplici anxietate: aſſidue inſtando orationi et elemoſinarũ tragitioni intenderẽt cõfecti. Miſericordia domini perſeueranter filiã inuocãtibus ſe propiciã exhibens pectora eorũ ad inuocandũ pro filie ſue ſanitate beatiſſimi ſui athlete Staniſlai beneficia et merita diuinitatis ſue animauit roze. Qui cũ inſpirationi parendo celeſti prefatã Osannã filiã ſuã cum flebili deuotione et cõſtanti fiducia beato martyri Staniſlao deuouiſſent cum hoſtiarũ oblatiõibus illã ad ſuum repreſentaturi ſepulcrum. Mox et incõtinenti virgo predicta Osanna per magnifici ſuffragatoris Staniſlai epiſcopi merita: et a caligine diuturne cecitatis exempta eſt: et nouos oculor tam ſedes q̃ radios et palpebras ſortita. Ad eccleſiã quoq; cracouieñ et beati Staniſlai ſepulcrũ cum oblatione a parentibus p̃ſentata ſolenni: mirifica in ſe beati Staniſlai opera tam conſpectu preconabatur q̃ voce.

Capitulum duodecimum.

QVinti ciuis Cracouieñ et Amlethe mulieris Margaretha filia grandi oculor liſpitudine ab ipſo quo effuſa eſt in lucem materno vtero aſſidue vexata: inflatos liquidẽ et ſanguinolẽtos habebat oculos et in capitis partẽs ardorẽ rariꝰ ſomnum capiebat: ſextro demũ a natiuitate anno cecata. Dum in annos poſtmodũ plures cecitas tenderetur. Morbi inſup et languoris magnitudo varijs medicaminib⁹ quas parentũ cura adhibebat non poſſet diſpelli: non moleſtia tantũmodo ſed t ſalutis deſperatio tam ſibi q̃ parentibus cepit incõdi. Mater tamẽ Amletha pro filia ſolicita quã viderat ab omni humano releuamine fore neglectã: ad beati Staniſlai ſe totam vertit preſidiũ. Et vota plurima ſancto deuouens et in abſtinentijs orõnibuſq; diuinitati ſe humilians ad eccleſiam Cracouieñ et ad ſepulcrũ bti Staniſlai filiã cecam ſub ſua clamide ducens cum forti accedit fiducia. Tan-

delas deinde quas detulerat accendens: ceteraq; vota cum oblatiõibus soluens: formãq; oculoꝝ per cereã effigiatã ad sepulcrũ beati Stanislai suspendẽs cum lamẽtis ꝛ suspiriis filie curationẽ a sancto dei Stanislao enixius precabat: docẽs filiã Margarethã vt ipsa quoq; preces pro sua salute ingeminando deuotior consisteret. Vtriusq; autem supplicatiõe per martyris sui Stanislai merita dominus propitiatus necessitati eorum solita pietate respondit. Nam dum ecclesiam orationibus et votis solutis fuissent egresse: continuo filia annis pluribus ceca presidio diuino ꝛ beatissimi Stanislai merito se sentiens sanatam ex clamide materna se euoluit et solis radios intuens ac sine ductore incedens: matrẽ stupentem letantemq; petere cepit. In domum deinde venientes: dum refectionem sumerent: filia parentibus suam perfectiorem iam tunc et integram sanitatem indicauit. Et ex illa die cecitatẽ euadens vsq; in diem mortis bona oculorum valitudine perfuncta sanctum dei Stanislaum sue cecitatis curatorem assiduis laudibus benedixit.

Capitulum tredecimum.

BIennio integro grauissimũ oculorum dolorem mulier Sobotha nomine passa cecucitatẽ contraxit ex languore potentia visiua ad extremũ cõt enebrata. Que cũ immẽsa ex huiusmodi cecitate propter molestiã parentũ cecitatẽ suã equo grauius ferentiũ affligeret anxietate et nullũ sue acerbitatis reperiret lenimẽ tota se ad beatũ Stanislaũ cõuertit. Genitriceq; sua presente ad sepulcrum beati Stanislai se iturã: et oblationẽ sue sanctitati se prestiturã deuouens: etiam sanctũ Stanislaũ pro oñi vite sue tempore se reueriturũ ac illi omnẽ deuotionẽ et famulatum impensurã astrinxit. Sub hoc itaq; voto ad sepulcrũ viri dei ad Crocouien ecclias deducta: soluto voto qõ deuouerat ad lumẽ dudũ amissum redijt: ac domũ reuersa integra oculoꝝ perfruẽs visione quoslibet labores et seruilia opera peragebat.

Capitulum decimũquartum.

BJnardus de Crzyschanowicze dominicell⁹ et armiger Cracouien diocesis morem nonnullorũ militarium polonie: celebritates dierũ sanctorũ modica lance apprendentium secutus In festo sancti Michaelis archangeli neglecta re diuina ad quã pagendã campane ecclesie eiusdẽ ville in Crzyschanowicze sonuerãt canibus acceptis et riso in campos se cõtulit venatũ. Quẽ redeuntem verberatio diuina illico pro cõtempta religione et festo violato afflixit.

In languorem siquidem tam capitis q̄ oculorum decidens diebus quin decim dolore horribili torquebatur vehemēter languore insuper ingra uescente dexter oculus eius ex orbe suo magnitudine doloris euulsus et in faciem defluēs visibiliter dependebat. Sinister insuper ex eodem lan guore crepuit: ac sic vtroq; amisso fuit prefatus Rinardus perpetua lu minis visione cecatus: fratre itaq; et sorore germanis forti inductione suadentibus voto solenni se et suam grauissimā deuoueret beato Stani slao necessitatem fiducialiter se sperans illius presidio sanaturum. Soro re itaq; ad manum illum trahente et prebente ducatū ad Cracouiesi ec clesiam ad sepulcrum viri beati perueniens diutius illic in oratione per sistens fluentibus lacrimis cruore oblitis auxilium sanctissimi Stani slai sibi impendi precabatur. Cum autem votis et precibus solutis con surrexisset ab oratione et oculus dependens dexter in suum locum retra ctus et reunitus est et sinister qui crepuerat ad integrū sanatus: perfe ctamq; sanitatem extūc nactus vsq; in diem mortis nullius rupture aut deformitatis signum apud oculos eius apparuit.

Capitulum decimumquintum

Voyslaus laicus a peste epidimie inuasus graui apostemate in gutture erumpente vexabatur. Et ingraueſcente morbi magnitudine per dies aliquot nec cibum nec potum sumere nec quicq; aliud poterat constringente apostema glutire: de cuius vita cum et ipsum et cognatos ac domesticos eius desperatio in cessisset: agonizanti iam et morbundo: candela accensa ad manus inge sta est quasi cuestigio expiraturo. Tandem ei per visum vir venerādus in veste candida apparens illum monuit: vt celerius quo posset ad Cra couiesi ecclesiam consurgeret et a Troyano eiusdē ecclesie custode osten sionem tumbe sancti Staniſlai expeteret: plenam liberationē ab impen denti morte ea venerata et deosculata accepturus. Verum cum eger a morbo conclusus nullum sermonem fabri posset: mente se et cogitatione deuouet predicte admonitioni paritrum. Et continuo apostemate dis rupto Voyslaus a limine mortis se ereptum beneficio sancti Staniſlai cognoscens: quarto demum ad Cracouiesi ecclesiam et ad sepulcrum san ctum die perueniens et Troyano custodi pluribusq; alijs que secum acta fuerāt exposuit: et beatissimo Staniſlao liberatori suo per preces et ob lationes gratias egit.

Capitulum decimunsextum.

Opolien̄ſi p̄rincipi wladiſlao viro Illuſtri ad colloquium in Cracouiā cū duce Boleſlao Cracouien̄ſi celebrandū feſtinanter ne diem de quo p̄uenerat negligeret p̄genti horridū apoſtema in femore ſub vna nocte emerſit: quod illū adeo pauidum effecit atq; triſtem: vt cepto itinere omniſſo redire in Opoliā extremis ſuis p̄ſſurus diſponeret. Qui cū in meroze et anxietate huiuſmodi conſtitutus ſopori ſe et ſomno dediſſet. Vox ad illū per viſionē inſonuit: que p̄fidere eum bene iubet breui hoc periculo liberatū ſi modo ſpem ſuam iacet in dño et ſepulcrū beatiſſimi Cracouien̄ſi epiſcopi Stanislai illius interceſſione curandus adeat Qui expergefactus in votū beato viro dei q̄p̄rimū ab eo ſoluendū p̄orupit inuocans beatiſſimū Stanislaum et cōtinuo apoſtema de pede ſuo euulſum diſperijt. Cicatrix tamē locum apoſtematis oſtendens: diutius in ſuo copore nullū tamē ingerēs dolorem remanſit. Qui in Cracouiā aduenies et vota beato viro ad ſuum ſepulcrum ſoluens q̄ ſubito q̄q; magnifice a beato viro curatus fuerit apud plurimos vulgauit.

Capitulum decimumſeptimum.

Ethka femina cōſoꝛs Nicolai de Coſzmirzow dioceſis Cracouien̄ et parrochie de Luboꝛzicza vehemēti laboꝛe poſt partum inuaſa t die viceſimap̄ma Adalij vſq; ad diē p̄rimā Octobris aſſidue nocte t interdiu toꝛquebat: et paraliſi deinde percuſſa manus ſiniſtre et pedis vſu et officio fuerat penitus deſtituta. Cui tam deſperate quaſſate et afflicte: vir quidā reuerēdus albo ſuppilicio indutus per viſum apparuit atq; cōſolatione blanda p̄miſſa illi dixit. Accipe filia ſalubre cōſiliū quod a me tibi p̄ponit vt omni humano medicamine in nullo tibi p̄futuro omniſſo totā te in p̄ſidiū beati pontificis et martyris Staniſlai cōmittas ſuo beneficio ſanitatis pfectioꝛis curationem acceptura. hac itaq; viſione mulier admonita totā ſe voto flebili et ſolenni beatiſſimo deuouet Staniſlao ſepulcrū ſuū viſitatione coꝛpoꝛali et oblatione honoꝛatura. Q̄p̄rimū aūt huiuſmodi votū effudiſſet manū et pedem que per paraliſim fuerūt emoꝛtua diſtendit: et vtriuſq; integro vſu et officio pcepto vota que ſpoponderat apud eccleſiam Cracouien̄ſi t tumulum ſancti Staniſlai perſoluit.

Capitulum decimumoctauum

Ilia homis ruſticani Rijewglaſch Agnes noie p̄ochie de Jaſſzel Cracouien̄ſi dioceſis: etate ſept̄enis in coꝛpe vniuerſo

paralitica et in singulis membris contracta os habens discuruū et retortum: oculos pari passu distractos et retortos: pedes diuaricatos: manus ꝺo et cetera mēbra assiduū patientia tremorē. Tanta insuper membris singulis inerat deformitas vt nullū mēbrū suū officiū satis retinere sed omnia exsuis locis et cōpagibus discessisse videbant. Adiseratiōe itaq; parentū sue afflictionis cōditionē gementiū: ad ecclesiam prochialem in Jassel delata et beato Stanislao martyri fiducialr deuota: post benedictiouē quā sacerdos ecclesie cum inuocationē nois sancti Stanislai super egrā legendo expleuerat: etiā corpus tortuosum et languidum panniculo fericeo: cui ossa beati martyris Stanislai consueuerāt includi contingit et cōsignauit. Lunq; cōsignationē huiusmodi et cōtactū trib⁹ diebus ingemina sset: tercia demū cōsignatiōe finita Agnes in sopore versa in sinū maternū caput reclinans dormitare cepit. Sub hac quoq; dormitatiōe domū a parentibus relata prius q̄ ederēt ꝓpriā cōtingeret in omnibus membris sanam illā conspiciūt et incolumem: et in laudes Jesu christi et sui martyris Stanislai ora soluūt atq; in crastinū diem gressu perfecto per seipsam gradiens ad ecclesiam in Jassel preueniens et magnalia sibi per presidium beati Stanislai vniuerso populo ostendēs magne fuit singulis qui illius languoris varietatem ante peruiderāt et admiratiōi et stupori.

Capitulum decimumnonum.

Mater filias Karberina femina ex Skarbimiria subito in paraliticā decidens egritudinē grauī dolore torquebat. Adeo insuper languor paraliticus apud illam inualuerat vt vi doloris os eius vsq; ad aurem retortum permaneret plurimo tempore prebens videntibus de se spectaculū monstruosum: ad que omnia etiā dolor ingens capitis miromodo eam excrucians accedebat: paralisi ꝺo adeo constricta manebat vt etiā pedum et manuū vsus ei negaretur. Quibus malis mulier oppressa pro festinitate sci Floriani Cracouiam adducta ad sepulcrū beati Stanislai de cuius stupendis miraculis perdocta erat manibus famulantiū inuecta est et prona atq; supplex biduo orans non consequebatur sanitatem. Nihil tamen de dei benignitate et meritis beati Stanislai diffidēs supplicationem suam in terciam diem producebat. Itaq; die illa cōtritionis ardore repleta fletibus magis q̄ precibus beatissimū cepit pro sui curatiōe interpellare Stanislaū Cuius beneficio et merito confestim omni torpitate oris in suū locū remeante: et omnis capitis egritudo sublata est: et oīis informitas extūc

deinceps dispulsa: prefata quoq; mulier katherina ab omni paralisi curata ac sanitati de premortuis membris restituta pedibus in Skarbimiriam reuersa miraculum suum ipsa circumtulit.

Capitulum vigesimum.

Vithkerus Theutunicus ciuis Cracouien dū duos filios grauibus egritudinib⁹ refertos haberet mēte et spū assiduo dolore de filioꝝ passionibus affligebat. Alter eñ cui Gerardus nomē erat quadriēnis grauissima paralisi. Alter Richoldus sexennis durissima epilensi vexabatur: ampliores tamē paliticus q̄ epilenticus parēti ingesserat angustias: q̄ epilenticus per interualla cruciatus excipiens nōnū q̄ sanitate potiebat: paliticus vo assiduā passionē perferens: nedum loquēdi et ambulandi sed et tangendi vsu penitus amissō nō secus q̄ trunc⁹ aridus alieno ministerio volutabat. Stomachi insuper correptus dolore t omni apetitu ꝓstrato per viginti duos dies omnem cibum et potum perosus: limpha tantūmodo interdum quam in panno lineo sugebat leuiter reficiebat. Contristatus itaq; Vithkerus pater et pro passione vehemēti et pro morte que imminebat filij in ecclesiam maiorem Cracouien decurrēs sanctissimū magna vociferacione cepit inuocare Stanislaū: libera inquit ꝑsul beatissime Stanislae t a mortis tormento et languoris et vim tue sanctitatis tam mihi miserando t miserabili patri q̄ huic morituro filio meo impende. Quem plena fide ad bustum tuum me cum argento fertonem appendente representaturum deuoueo: ac dum voti et supplicationis sermonem Vithkerus compleuisset: domum reuersus. Gerardum filium offendit loquētem t ambulantem quem relinquerat moritundum mutum et elinguem. In ampliorem itaq; vnius filij grauiori morbo laborantis sanitate oprenta erecta fiduciam: hec eadem meliora de altero cepit sperare: nouo voto nouaq; supplicatione illi a beatissimo Stanislao incolumitatem deposcere. Exaudiuit autem clementissimus deus precem eius: et per merita electi sui martyris Stanislai etiam Richoldum de morbo epilentico quem per singulos dies ter nōnunq; et quater cadendo pertulerat plenissime adeo vt nec vestigium priōris egritudinis in eo remaneret absolut. Utriusq; autem filij liberationē consecutus alatritate et gratitudine immēsa Vithkerus testari cepit. Nam et ad sepulcrum beati Stanislai cum coniuge t liberis sanatis ꝓgens: munꝰ qō deuouerat sctō dei obtulit: illiusq; mirificū in se et filios demōstratū solamē vulgauit. Et in domū reuersus amicis t necessarijs corrogatis grāde ꝓuiuiū sup filioꝝ incolumitate exhibuit

Capitulum vigesimumprimum.

Loscibozius Cracouiesi diocesis armiger in oculoz dolorē incidēs in id grauaminis atqz cecitatis puenerat: vt ozbes oculoz eius morbo stringente euersi carnem rantūmodo rubeam habere videbantur in locum virtutis visiue succedentes. Qui dum mentis angustia pro cecitate que sibi acciderat vrgeretur ad ecclesiam maiozem Cracouiesi et ad sepulcrum beatissimi Stanislai se cōduci. Anulo quoqz eius loca oculozum primum signari deinde aqua in anulo intincta ea lauari optinuit et continuo rubedine sensim discedēte perfectam oculozum sanitatem excepit: Desiderium quoqz cibi et potus quod dolor oculozum immensus prostrauerat eadem die resumpsit.

Capitulum vigesimūsecundum.

Rzibislawa virgo filia Rigneri ciius Cracouiesi oculozum dolorem passa fortius z vehementius in oculo sinistro cepit torqueri. Cunqz dolor assidue inualesceret etiam vermium multitudo per corruptionem humozum procreata sensibiliter et passionem ingeminans cepit apparere. Qui cum nullo humano ingenio vel arte: quoniā in abscondita palpebrarum dum quererentur diffugiebant: possent euelli. et perpetue cecitatis periculum femine prefate imminere: a parentibus in templū z ad sepulcrum beati Stanislai defertur. Qui pro filie curatione sanctum dei supplici deuotione interpellabāt vno aūt exministris ecclesie Cracouiesi oculū vlceroſum cū lapillo de sepulcro beati Stanislai sumpto cōtingēte vermiū multitudo quasi impacta discessit. Sequēti vodie cuz vn⁹ tantūmō grossus vermis appareret: et is ertiā se diffugiēdo sub palpebrā prehēdi nō sineret ad inuocationē scti Stanislai disparuit z puella integre sanitatis visum recuperauit.

Capitulum vigesimumtercium.

Bogustaus de Pelgrzimowicze nobilis habuit filiū qdziēnē noie Nicolaū: qui epilēptico morbo grauat⁹ spumās et p terrā volutās adeo passiōe vexabat vt freqnt⁹ aiam estimabatur exalase: hic crebrescētib⁹ bti viri Stanislai miraclis prefatū Nicolaū filiū ad tumbā ei⁹ detulit z qpīmū illā osculādo cōtigit abeo rpe z deinceps vsqz ad diē mortis sue pfectā liberationē accepit.

Capitulum vigesimumquartum.

Bogusłaus de Brodzina villa miles alter a prioꝛi assidua et ingenti torquebatur afflictione pro filio suo Damiano. Qꝫ a morbo epilentico tam frequenter et assidue vexarē: vt vicibus decem per diem grauem illius cunctis videntibus et horrentibus sentiret invasionem. Cunqꝫ morbus sensim invalescens in annū cum dimidio rederetur et tam pater pueri q̄ vniuersi cognati et familiares eius ex eo afflictarent: plenam de meritis beatissimi Stanislai fiduciam cōcipiens: puerū ad sepulcrū beati viri cum oblatione solēni detulit: deuouens se pro sanitate filij hostiā annuā: agnū vnū de suis gregibus ecclesie Cracouien in qua ossa sancti dei Stanislai requiescūt largiturum. Cunqꝫ orationē et votū pro incolumitate filij persoluisset. Nicolaus puer a morbo diuturno quo assidue detinebat et vexabat solut⁹ est.

Capitulum vigesimumquintum.

Martinus de Borawicza vir de ordine militari: graui languore correptus apostema grauissimū: quod in gutture emerserat habere cepit: quod primū illi loquendi deinde edendi auferens: etiā respirēdi et spiritū attrahendi potestatē ademit ad portam itaqꝫ mortis se intelligens deuenisse: quoniā suffocatio sua plerisqꝫ vicibus t ab ipso et a stantibus liquido notabatur, puentura. Annulum beati Stanislai ex Cracouia magna prece magnoqꝫ conatu impetrauit ad domū suam afferri. Audierat enim vocem per visum sibi dicentem vt fiducialem faceret ad patrocinū beatissimi Stanislai recursum magnifico eius suffragio aptime curatur⁹. Cum itaqꝫ anulus pontificis beati domum suam a ministris Cracouien ecclesie solenniter delatus: et signaculo eius locus gutturis t apostematis fuisset benedictus: cōtinuo apostema dimidiatum et ruptum est et languidus quemadmodum ei per visum monstratum fuerat ad plenam incolumitatem redijt.

Capitulum vigesimumsextum.

Ex eodem villagio Borawicza quod pauloante pstrinxim⁹ Goslaus miles ortus graui et diuturna a die videlicet sancti Michaelis archangeli vsqꝫ ad parasceuen egritudine vexabatur. Cum itaqꝫ tam suo q̄ omniū alioꝛ iudicio, ppe diē atqꝫ prope horam migraturus hinc crederetur: ad coniugis sue fidelem suasionem: beatissimū cepit pro sua incolumitate interpellare Stanislaū deuouens se eius limina cum oblatione solemni q̄primū id ei per infirmitatem liceret visitaturꝫ. Qua policitatiōe emissa; sensim oudū lāguidas

vires cepit resumere. Et tandem baculo debiles adhuc artus sustentās votum impleturus ad sepulcrum beati viri venit vbi ex integro restar' est se esse sanatum.

Capitulum vigesimumseptimum.

EJusdem parrochie de Mozauicza femina genere theutunica Gertrudis nomine filiū suū habentē eratē annoz circiter trium Bartinū: videns ex assiduo t grauj languore mozitu rum: beatissimo illū Stanislao qua potest ampliozi mētis deuotione deuouens ad tumbā eius cum filio in vlnis gestato q̄ celerius poterat properauit. Cumq; votū qō p̄miserat et oratione solusset euestigio puer ab infirmitate qua detinebat solutus est. Quem mater ouās et sanctum dei Stanislaum in omnium auribus mirificans domum retulit incolumem.

Capitulum vigesimumoctauum.

ANdreas miles ex Proschowicze heres: carnem gutturosam et inflatam: assidue excrescentem per humozes peccantes genitam in gutture consecutus tedio primū et dedecoze: ad extremū vo periculo vite. neq; enim ea stringente edere illi aut potare licebat afficiebat. Mōnunq; insup vitales spūs in eo doloz morbi adeo coartabat vt p̄sus nulla ei deceteto viuendi spes relicta foret nullo medicoz audente ei ferre auidoriū. Cum extrema itaq; agitaret desperatione beneficia beatissimi Stanislai in plurimos collata cōmemorans sue sanctitatis cepit fide et spe plenus cōclamare vrcunq; poterat solacia deuouens se eius sepulcrū et limina visitaturū. Et mox ad inuocationē huiusmodi grauedo omnis qua detinebat ammota visitatione sepulcrū viri sancti pacta: etiā oīs tumoz et gutturositas disperijt.

Capitulum vigesimūnonum.

TMeiderat idem miles Andreas de Proschowicze de quo immediate narrauimus grauē aliā infirmitatē ex qua illi apostema et morbus letalis qui antroz appellabat erupit: omnem medicoriū artem et medicamentoz vim perimcens. Qui ad solitum remedium dum graui morbo afflgeretur cruciatu faciens recursum se totaliter beatissimo deuouet Stanislao pollicens se eius sepulcz cum consorte sua pedestri visitaturū fatiga. Et continuo nocte votū insequente mozt ale quod hominem necaturū verebatur apostema non sine

multorum huius rei conscioꝝ admiratione disparuit et eger letatus omnem se sanitatem adeptum votum deuotissime expleuit.

Capitulum tricesimum.

IIr nobilis Szmil de Mozauia grauem incidens egritudinē passionis eius passim repente aduersa valitudine adeo affligebatur molestijs: vt pedis dextri officio penit⁹ remaneret priuatus. Quapropter acerbitate doloris pmotus ꝛ de vita omnino desperans condito sub pſentis principis sui et militariū vicinorum testamento exalaturus animā prope diem videbatur. de propitiatione tamen diuina et suffragio beatissimi Stanislai fiduciam singularē concipiēs seipm intercessiōe sua curandū beatissimo deuouet Stanislao pedem quoq; aridum vel potius emoriturum eius anulo optinet benedici. Quo facto cura pedis illico cunctis qui aderant stupētibus secura est Et ipse sepulcrum viri sancti adiens et vota soluens ad perfectā de qua desperauerat redijt sanitatem.

Capitulum tricesimumprimum.

IRandi et horribili Katherina vxor militis Petri de Kadzimicze pmebat infirmitate: tumor siquidē ingens tam caput illius q̄ cetera oris mēbra vexando adeo peruaserat vt humani vultus spēs in ea non posset tumore obnubilante diuinasci: nasi tantūmō similitas modice tū ex facie pminebat: cute faciei iuxta ac si oleo pūcta foret resplēdēte: sed et caput ꝛ facies tetro liuore obducta erāt: aures insup tumor niger fuscauerat: vt inspectātib⁹ se mouere quēdam sua mōstruositate horrorē. Et q̄uis pro illius curatiōe lōga et assidua phisicoꝝ diligentia industria: nullus tū impense a medicis opere respōdebat effect⁹. Quapropter a medicis deserta nocte in sequenti moritura credebat. Adhibitū deinde ei⁹ Petrū militē nō tam de vita tēporali sed eterna cōsortis sue cura cepit: anxiebatq; vehemēter q̄ cōfessiōe nō dum pacta et absq; salutifero viatico: vtrūq; eū adhiberi tumor horrē dus vetuerat: foret decessura. Iraq; sub intempesta nocte cōsurgēs ꝛ pfectem suā beatissimo Stanislao fiducialiter deuouens Cracouiā pperabat vbi a decano et ceteris prelatis atq; canonicis Cracouiēsi pbiterū cuius anulo bti viri Stanislai trāsmitti in domū suā petiuit. Qui dū illic propere et in diluculo attigisset mulierē egrotā signaculo primū anuli benedixit: de aq̄ deinde anulo pfato intincta loca turgida atq; tumētia linire cepit; et cōtinuo tumor sensim debiscere et femina languēs vsum loquendi

habere vniuersis stupẽtibus cepit: mox quoq; et cõfessionis et sacre eucaristie a fratre Martino de ordine predicatorũ munus veluti sibi gratissimum et necessarium percipiens post dies paucos a reliquijs tam tumoris q̃ languoris adintegrum extitit liberata.

Capitulum tricesimũ secundum.

Preduogius armiger bohemus lingua ꝛ natiõe: cũ duob⁹ sue cõditiõis hoibus versus Pragã agebat iter. Qui dũ haud longe per spaciũ medij miliaris distaret a praga tempestas validissima ex omni parte coorta imbrẽ grandinẽ ꝛ fulgura frequẽti⁹ solito poucebat. Cui⁹ periculũ pfatus Preduogi⁹ cũ comitib⁹ itineris vitatur⁹ subter vnã quercũ vicinioꝛẽ declinauit. Quo illic cõsistente vis fulminis arboꝛis terciã partẽ a summo vsq; deoꝛsum pfindẽs vnũ ex comitibus Preduogij enecauit. Alterũ in capillis exussit ꝛ caput canis eos cõcomitãtis quasi acutissimo precidit gladio. Preduogiũ vo suo terrifico ictu surdũ mutũ reddidit et delirũ: quẽ cognati et noti eadẽ via faciẽdo iter ad Pragã deferũt semineceꝫ. Is cũ Prage in eccl'ia sancti Galli posit⁹ nocte quadã sopoꝛi se dedisset: vir q̃dã venerãdus ꝛ qui põtificalib⁹ amiciebat indumẽtis per quietẽ illi apparuit dicẽs ei. Ego volo te bñdicere: deinde legit sup illũ enãgeliũ Jniciũ sci euãgelij fm Joãnem. In principio erat verbum: quo expleto dixit egro. Surge et vade in Cracouiã cilicijatus et nudipes ad sepulcrũ beati Staniſlai ꝛ q̃dena in abstinentia ieiunij illic exacta continuo liberaberis. Eger autem hũc qui sibi apparuerat purans ex sacerdotibus Pragensibus fore interrogãuit eum dicens. Quis es domine et quo nomine vocitaris: ad quem sanctus dei: ego fm inquit Staniſlaus Cracouiẽſ episcopus: tue infirmitatis consolatoꝛ et medicus ad quam vocem mox somno et visione solutus et vsum plene audiendi et recte loquendi atq; intelligendi sibi restitutum gaudens sanctum dei in cõspectu omnium Pragensium cepit mirificare Staniſlaum: ad Cracouiẽſ deinde vrbem in cilicio et discalciatus adiens cuncta que sibi per visionẽ fuerant imperata cum omni deuotione impleuit: perfectam super omni que ei lesione acciderat cõsecutus beneficio martyris Staniſlai sanitatem.

Capitulum tricesimumtercium.

Anne puelle filie Jacobi hominis rusticani coꝛpus primũ languoꝛ deinde linguã inflatura quedã ex languoꝛe gliscẽs inualeſcebat

vt pre grossitudine inflationis linguam intra fauces non posset inferre Cum vo singula que adhibebant antidota nullū producerent profectū parentes puelle a vicinis persuasi cum magna deuotione et lacrimarum effusione beatissimo filiā et ipsius curam deuouent Stanislao:et cōtinuo ad emissionem voti et sancti martyris dei Stanislai inuocationē et egri tudo corporis et tumor lingue disperijt.

Capitulum tricesimumquartum.

Margaretha femina nobilis:cōsors Johannis militis de koslowydum vno partu geminos filios effudisset: vnus eorum Joannes apellatus perfecta sortitus membra parem perfectionē fratri qui Martinus cognoiatus quēadmodū in partu geminoz frequentius obuenit abstulerat. Cutē em in toto non habebat corpore:propter quē defectum sine quadā abhominatione z horrore:sed quod amplius et admirabilius est sine mortis periculo nusq̄ poterat attractari. Quam molestiā parentes illius qm illi humanitus succurri non posse videbāt:euasuri ad diuinū se totaliter et beatissimi Stanislai conuertūt:puerūq̄ tam mōstruosum sancto dei deuouēt Stanislao Qui mirū inmodū parentibus et cognatis oratione facientibs et vota emittentibus:efficaci pelle quā sibi natura negauerat vestitus est; et de improperio atq̄ morte merito beati Stanislai vindicatus.

Capitulum tricesimumquintum.

Stanislaus puer et nobilium parentum Pauli et Osanne de Zlothnikij filius miserabili ab annis puericie sue imo pene ab ipso ortu torquebat infirmitate:venter siquidem dietim computrescens omnia viscera z intestina detexerat nudata Nascebatur tamē et succedebat quotidie in putredinis locum quedā caro in pellicule modū que subito et eadem qua producebatur die cōputrescens per singulos dies gigni et decidere videbatur:ampliorē puero per huiusmodi vicissitudinē infeēns torturā. parentes tandē eius varia anxietate de salute filij fatigati intelligentes illi corporali suffragio remediari non posse:animaduertentes insuper beatissimū Stanislaū vberrima mortalibus beneficia largiri. pfatū puerū quē sub noie eius baptizari fecerant cum omni deuotione et fletibus immensis ad tumbā vtcūq̄ poterant deferūt beati Stanislai. Necq̄ enim sine periculo pozrari is poterat qui pene per omnia momenta moriturum se pronūciabat. Cū itaq̄ parentes eius supplices et deuoti ad sepulcrum sancti pro filij saluatione

tam vocibus q̄ fletibus per triduū interpellarēt et viscera pueri misera biliter putrefacta atq; nudata per aquā in anulo beati Stanislai intincta die quolibet lauarentur: tercio demū die noua cutis nouaq; caro non iam putribilis sed sana cōtinua et concreta erupit. que puerū ab omni deinceps reddidit incolumē cruciatu et passione. Qui processu temporis in annos ampliores ꝓueniens ordinē minorū beati francisci, assumens vitam illic laudabiliter consumauit.

Capitulum tricesimumsextum.

RUsticus quidā simplicis ingenij vir; vniusq; filij pater Radoslaus de Scothinkij: anxius valde q̄ filius suus p̄fat⁹ Petrus nomine ab egritudine correptus etiam obmutuerat: tribus quoq; ebdomadis permansit mutus. Sed et tedio rapiebatur immenso: de nocte quoq; cōsurgens manus tenentiū et custodientium se euadere et in silua s ac nemora effugere nitebatur. Genitor itaq; suus Radoslaus de salute filij solicitus ⁊ salubri suadentiū sibi quatenus filium suū beatissimo deuoueret Stanislao: et curam illius sancto ꝓmitteret vsus cōsilio ꝓperauit Cracouiā cum filio: et ꝓ eius incolumitate oblatione ad sepulcrū viri sancti facta: martyrē dei Stanislaū suplex interpellabat: dum autē oratione et votis consumatis eger quoq; filius anulo fuisset sancti dei cōsignatus: ⁊ aquā in qua idē anulus tinctus fuerat potasset: statim remoto omni lingue obstaculo in pfectā ⁊ articulatā erupit vocē: fugitq; ab eo oīs egritudo et tediosa molestia corporalis.

Capitulum tricesimumseptimum.

MArtinus de Lanthkowicze grauē infirmitatē incidēs octauo demū die efficitur furiosus qui ne homines ceteros ledere fune fortī ligabatur. Cumq; per dies quindecim continua fuisset agitatus insania: sextodecimo die de lucido interuallo aliquid captauit. Sub cuius spacij interuallo totū se ad beatissimi Stanislai presidiū conuertens liberari se a tam grandi pernicie precabat: deuotiens se sepulcrū sancti q̄ primū visitaturq: deducit tandē per custodes in Cracouiā ad sepulcrū martyris sancti cathenat⁹ ⁊ vinctus ne in lesionem cuiusq; prorumperet: quatuorq; diebus et totidē noctib⁹ vigilias circa agentibus custodibus ad sepulcrū sancti cōsistit. Et cū sub cōticinio quarte noctis a sopore oppressus obdormisset: apparuit ei per visum beatissimus Stanislaus venerando pontificis vestitu amictus dicēs ei Veni mecum et cōtinuo liberaberis; qui somno expergefactus surrexit

h

et gradu conclto ecclesiam magno nisu egredi tẽptauit: custodibus tñ illum de intẽribus egredi nõ valuit: quos corripiẽs ait dimittite mẽ quoniam sanctus Stanislaus visibiliter mihi apparens secum me venire et de ecclesia egredi imperauit. Custodibus vo verba huiusmodi visa sunt deliramenta. quapropter illum in arctiori custodia ad priorem locum reductum habere ceperunt: dum deniq altera vice obdormisset vidit per quietem duos viros venerandos venire ad se atq monendo dicere veni nobiscum quoniã ductu nostro ad beatissimum poteris peruenire Stanislaum: videbaturq egro q ad hec verba cõsurgeret et cum illis viris pergeret ac illis ducentibus: ecclesiam sancti Andree apud quã nunc monales ordinis sancte Clare consistunt ingressus: sanctum Stanislaũ casula indutum et librum tenentem apertum reperit qui et dixit ei. Tu ne es ille qui afflictone furoris agitaris: qui cum se illum respondisset. Sta inquit paulisper et expecta et videbis: ad hanc vocem egro inspectante ceperunt venire ex diuersis staribus ꝑplurimi sibi noti: varijs furorib9 agitari qui et diuersis penis atq cruciatibus affligebãtur. Sanctus vo Stanislaus ad furiosum Martinũ conuersus ait. Scis ne qui et quales hi sunt qui huc sub tot tormentis te videntes aduenium: quo se ignorare respondente. Isti sunt inquit polonorum genus qui falsa testimonia perhibent: nonnulli vero qui iniusta decernunt iudicia: nonnulli qui iniquas leges condunt: nonnulli qui humiliores oprimunt: spoliant: concutiunt: nonnulli qui ventri gule libidini et ebrietati inseruiunt: nõnulli qui aliorum negotia fraudulenter et dolose tractant: nõnulli qui substantias orphanorũ: pupillorũ: egenorũ: et viduarum deuorant: nõnulli quos superbia erigit: auaricia tabefacit: voluptas dilatat: malicia angustat: ira inflamat: discordia seperat: inuidia exulcerat: luxuria inquinans necat. Et propter hec et alia facinora taliter quẽadmodũ tibi monstratum est torquentur: a quibus omnibus tu decetero te contineas: ne deteriorem languorem incidas. Sed et eos quos in tormentis vidisti cõmoneas vt penitentia acta a prauitatibus suis et impietatibs resilant penas eis ꝑparatas euasuri. Tu vo mea intercessione ad quẽ fiducialiter recurristi te ex hac hora scias esse sanandũ: post hec verba eger a somno solutus euigilans: et de his que viderat per quietẽ secũ volues cũcta ex ordine que viderat queq a beato Stanislao audierat in facie Cracouieñ ecclesie et sub audientia vniuerse que ꝑfluxerat plebis enarrauit. Ab omni deniq solutus insania et furore: integra extunc et deinceps potiebatur magnalia dei in sancto martyre Stanislao magnificans sanitate.

Capitulum tricesimumoctauum.

Adolescens Petrus cognoiatus Pijetrzcz de villa Mijeszijth a demomo arreptus furore continuo demone plenus agitabatur. Qui et si clausus in domo vinculis ferreis: nonnunq̃ ad columnam lapideã in domo stantem alligaretur: loris tamen omnibus disruptis tanta fortitudo infirme etati inerat: quem octo homines vix de loco suo mouere possent conquassaret et de terra euelleret. Quociens vero adducebatur in ecclesiam ligatus corripiebatur verbere: quoniam non aliter a prolatione turpium et scurilium sermonum poterat inhiberi. Subitis insuper augebatur cõcutiebaturq̃ terroribus que illi per demones ingerebantur. Quesitus autem curtam assidua rotare. tur formidine: respondebat occurrere sibi in forma pecorum et pecudum et in quolibet alio ferarum genere demonia omnigenis modis sibi minitantia ad nocendum. Is cum dierum vna ante ecclesiam omniũ sanctorũ in Cracouia ligatus consisteret a multitudine cleri et populi illum circũstante et orationem pro illo fundente admonebatur rogabaturq̃ vt nomen beatissimi Stanislai demonibus tremendum t formidabile inuocaret. futurum enim per dei propiciationem fore: vt nominis sui inuocatione demones deterriti ipsum linquerent: ad quam persuasionem cepit adolescens Petrus liberius exclamare. Quare per vincula et ferramenta ligatus torqueorum cum plenam liberationem in hac ipsa hora sim consecutus. Et cum de modo et ordine tam subite liberationis a circumstantib⁹ tam scrupulosa indagine quereretur: respondit: sanctus Stanisla⁹ Cracouien̄ episcopus in montem valde excelsum me assumens et omnia demonia me vexantia abigens: quatenus abirent neq̃ vnq̃ mihi nocerent imperauit. ad cuius iussionem omnis ille tenebrarum cetus discedẽs me reliquit. Absoluens insuper me beatissimus Stanislaus Cracouien̄ episcopus a vinculis: hec dixit mihi. Ego sum Stanislaus Cracouien̄ episcopus liberator tuus: deo gratias age: et vade sub mea benedictione in pace. Solutus est illico posteaq̃ hec circumstãtibus retulerat: cum preter hec etiam sana mens in eo iam fuisset. pspecta et ecclesiam ingressus gratiarum actiones in deum primum: deinde in sanctum suum conionabatur Stanislaum. facta post hec suorum criminum apud sacerdotẽ confessione sacratissimũ percepit viaticum: atq̃ ex illa hora plena in annos plures et tempora potiebatur sanitate.

Capitulum tricesimumnonum.

Paulus filius Joannis militis de Ulina ꝙndecimū ages etatis annū grauē amentiā cōtraxit: adeo delirans et insanies vt singulos notos iuxta ac ignotos verberibus cederet et factis ꝙ verbis furiosum se et dementē monstraret. Super cuius dementia pater eius Joannes miles magna actus molestia et turbatione quid ageret aut quibus modis salutē filio non proficientib⁹ que ingerebant medicinis quereret penitus in desperationē quandā versus ignorabat. Tandē prandotha Cracouien episcopo ammonēte filiū beatissimo deuouet Stanislao ꝛ illū ad tumbā ipsius cum oblatione solenni deducit in ecclesiam Cracouien: qui cum post orationē a patre et circumstantibus fusam aquam anulo pontificis glorioſi Stanislai tinctā gustauisset repente omnē exuit dementiā et furorem: et cum omni integritate tam mētis ꝙ corpis sospes domū pre nimio gaudio exultāte repetijt.

Capitulum quadragesimum.

Ir quidā Sijeclecz nomie singularē in sanctū dei Stanislaū monstraturus deuotionē: sponte se deuouet sancto dei vaccā cum vitulo oblaturū. Uerū cū sorore germanā Agnethā vi strando egentē videret voto quod in sanctū dei labijs distinctis in plurimor audientia deuouerat variato: vaccā cum vitulo sorori potius egestate laboranti succursurus in animo dare firmauit: existimās se salubrius atq; pfectius opus patraturū. Uerū cū ex sororis domo deducta sibi vacca ꝛ vitulo certificata ꝓcederet cecitate subita percussus etiā mētis alienationē sibi succedere ꝓsensit. Quo malo deterrit⁹ accersito sacerdote facinus quod in sanctū violando votū et munus retractando cōmiserat cōfessione et penitētia expiauit: pollicēs se deceteto cauci⁹ quod deuouerat impleturū: et cōtinuo sacerdote presente tam visum ꝙ sensum resumpsit. Ad sepulcrum quoq; beati Stanislai cum consanguineo suo Paulo non assumpto quod deuouerat munere proficisci cepit. Sed cum in itinere positus iterum se sensisset turbari et a dementia inuadi ad propria Paulo cōsanguineo eum deducēte reuersus vaccā cum vitulo accipiens et in Cracouiam deducens beato obtulit quemadmodum deuouerat Stanislao ab omni egritudine et turbatione mentis et spiritus extunc et deinceps quietatus documentum non inultre perfidie futurus ne quis violando vota deo et sanctis eius propria presumptione illudat.

Capitulum quadragesimumprimum.

Nicolaus filius wlostiborij militis armũ agens eratis sertũ a subita egritudine correptus tam gutturis q̃ capitis et pectoris nimia inflatura onustus: a parẽtibus et familia velut moribundus deflebat: dissolutionẽ aũr illius pater pro charitate naturali auersurus in Cracouiã illũ quadriga ad sepulcrum beati Stanislai deducit qui q̃ primũ salutarẽ aque liquorẽ anulo beati pontificis tinctam bibendo contigit: illico omnis illa inflatura capitis pectoris et gutturis: et vis omnis pestiferi a posteriaris elanguescens cunctis qui aderant stupentibus disparuit: et puer patre presente et illacrumãte plenam conualescentiam accepit.

Capitulum quadragesimum secundum.

Vitus ecclesie sancti floriani extra muros Cracouien ꝓposite in parte media capitis sinistra graui dolore percussus tam vehementissimo affligebatur languore vt omni loquela per quadriduũ amissa neq; cibũ neq; potũ sub illo quadriduo capere valens ꝓsumari se prope die formidabat. Quarto demũ die verba frangens potius q̃ ꝓloquens supplicter expetit anulũ beati Stanislai ad se deferri: quẽ cũ singulari deuotione et reuerentia excipiẽs locũ doloris per illum attractabat et cõtinuo sensit magnitudinẽ diminui doloris: sed et de aqua anulo sancti tinctra partẽ aliquã sorbẽs et locũ doloris limẽs partem reliquam conseruari mandauit. Cum autem insequenti die pari morbo dolore inualescente vexaretur: aque conseruate residuũ vtunq; poterat sorbuit: et repentina fuga omnis dolor qui illum ad mortẽ vsq; attriuerat abscessit.

Capitulum quadragesimum tercium.

Ursisanus de Pyorrkowycze vir ruricola in duram atq; grauem decidens egritudinẽ que illum diebus pluribus neq; cibum neq; potum capere sinens: eriã illũ doloris magnitudine effecerat cecucientẽ. Qui in tam difficiles acerbitates et molestias se videns prolapsum visitandi sepulcrũ beatissimi Stanislai et curam sue sanitatis sibi committendi desiderio agi cepit. Continuoq; sancto dei se deuouit: pollicens se eius limina q̃ primũ aditurũ: verũ cũ id ob necessitatẽ que illi cõtigerat per se nullatenus explere valerer. Stephanus vicinus et cõpater suus obnixius ab eo interpellatus ipm iumẽto suo imposituũ Cracouiã et deinde ad sepulcrũ sancti dei Stanislai deduxit vbi cum fiducia et lacrimis orans a cecitate primum solutus eriã

a dolore et morbo qui eum peruaserat meruit ad integrum liberari plenam sanitatem extunc ac deceteto consecutus.

Capitulum quadragesimumquartum.

Anastasia Petri Slawkouieñ ciuis filia terciũ eratis agẽs annum super gressa graui cepit in Epiphaniarũ dñi die egrotare infirmitate. Qua sensim inualescente in Ramispalmarum die vsum loquendi ãmittens vsq; ad diẽ Inuẽtionis scẽ Crucis muta pmansit et elinguis: adeoq; continuo dolore vigebaẽ vt parentibus eius nulla spes salutis ipsius foret relicta Qui longa illius egritudine auxiati beatissimo eam deuouent Stanislao: quadrigaq; impositam versus Cracouiã iter arripiunt ẽ vix dimidio miliari exacto vinculum lingue eius solutum est et loqui recte cepit. Cum vo sequenti die ad tumbam viri sancti a parentibus vota et orationes pro ea suppliciter soluentibus producta fuisset: sub omniũ qui aderãt oculis integram accepit beneficio beatissimi Stanislai sanitatem.

Capitulum quadragesimumquintum.

Iawitha cõsors Boguslai de Chelm ab infirmitate tãta subita et graui guttur illius assidua vexatiõe stringẽte inuasa sex ebdomadas cibum non nisi cum magna difficultate et grauedine capiebat: deo se et beatissimo deuouit Stanislao. Tandẽ ad sepulcrum illius pedestri itinere iuxta voti qualitatem peruenies ad sui sancti nominis inuocationem repentinam ẽ perfectam liberationem est consequta.

Capitulum quadragesimumsextum.

Vrsula de Cracouia theutunici generis femina nubilis et adulta: cuidam adolescenti virginitatem suam prostituens: virginem tamẽ se priuatim et publice gerebat: existimans per simultatem huiusmodi facinus suum homines ignoraturos: non recogitans deo omne quod simulatur aut fingitur displicere. Hec aliquando festo solenni Penthecostes imminẽte ad ecclesiam maiorẽ Cracouieñ cum genitrice sua sceleris sui conscia limina beati Stanislai visitatura processit. Et dum ad pedẽ montis attigissent Vrsula que hactenus ob feruoris estum caput velatum habuerat matre monẽte vt ecclesiam velato capite introiret: materno consilio neglecto: velum ammouit et sertum gestans in capite ecclesiam maiorẽ ingressa sepulcro beatissimi

martyris Stanislai appropinquauit. Cumq; in oratione procumbens caput in terram paululum reclinasset sertum illi ex capite decidit quod eo resumpto surgens crines adornare et sertum vertici reimponere conata vniuersam capitis comam detraxit: et omni cesarie nudata decaluataq; non secus q̄ si accutissima nouacula rasa foret inconspectu omnis multitudinis apparuit. Quo tali confusionis obprobrio videns se pro sua temeritate ad sepulcrum viri sancti deprehensam contritione et tunc per preces t merita beati Stanislai inspirata suadente. Et facinus suū publice in totius populi audiētia proclamare non erubuit: et ad sacerdotem accedens absolutionemq; suscipiens digna penitentia scelus suum expiauit per cōfessionis ignominiā meritis et interuentu beatissimi Stanislai ad salutiferē cōpunctiōis et penitentie fructum producta atq; stabilita.

Capitulum quadragesimum septimum.

Tendentibus ad limina beatorum Petri et Pauli in vrbē Romanam: comite Janussio viro nobili filio Jaroslai cū nepote suo germano Petro Henrici fratris filio et alijs q̄plurib⁹ Petrus polonus clericus Bononiam consequende canonicalis scientie gratia aditurus: societati illorum comes individuus accessit deferens secum beatissimi Stanislai reliquias cum supplici deuotiōe pro sui itineris securitate consequenda a prelatis et canonicis Cracouiēn impetraras: prospero autem vsi successu ad Aquilegiam peruenientes conducta naui multorum aliorum consortiū sortiti pelago in Venecias nauigant. Tempestatis autem periculum quod ex euidenti coniectura propter aeris et temporis intemperiem venturum reformidabant vitaturi alto mari neglecto ne fluctibus et procellis obruerentur iuxta littus ad quinq; vel sex sagittarū tractus nauigationem suam peragebāt. Cumq; de prope ciuitatem Carniolam adnauigassent subita tempestate coorta in extremum vite discrimen dilati reducere nauem ad littus et aridam maximo conatu maximoq; nisu estuabāt: verum mari magis ac magis intumescente obluctantibus fluctibus omnes conatus humani recidebant in irritum. Adeo autem vndarum verticibus grauidata iam extrabat nauis: licet frequenti eiectione vnde certatim ex illa effunderentur: vt singulis in naui existentibus aqua ad genua ascendisset per valuas: deinde obrepentesq; procellas: clauo et antemna confractis suffocationis exicium subituri pauidi et trementes operiebantur. In desperationem iraq; omnes versi varios sanctos pro varietate regionū: alij videlicet sanctū Jacobū: alij sanctum Nicolaū: alij sctm Martinū: poloni po

beatissimū proclamabāt Stanislaum. Tum Petrus clericus prolatis in publicum quas secum deferebat beati Stanislai reliquijs: ceteros omnes bono animo esse iubet. En inquit nobiscum presens est cuius inuocamus presidia: cōfidite tantū: non sinet nos vltimū naufragiū experiri: ad quā cohortationē cum omnes mentes extrema desperatione perterritas fractasq; in spem meliorē erexissent clamor omniū tollitur in celū: et ceteris sanctis omissis: solius pontificis et martyris gloriosissimi Stanislai patrocinū ab omnibus expetit. Sub cuius supplicationis momento vna procella ceteris grossior atq; eminētior repētino flatu aduenies nauē in altum sustulit et pene in ictu oculi in quoddā vicinū arundinetū precipitat. Eversa aūt naui q̄uis omnes terrā contigissent: nemo tamē ex illis fuerat desideratus sed salui et incolumes cum rebus et personis: singuli in vndas aliqui vsq; ad pectus aliqui ad brachia aliqui collotenus persistebant. Sedata aūt tempestate et naui refecta dum prosperiore nauigatione veneciarū vrbem peruenissent: virtus diuina et sui martyris sancti Stanislai meritū ab vniuersis in cōmune diuulgata extollebat pro quo tunc habitū est q̄ sanctus dei Stanislaus martyr potenti sua intercessione et merito nō interris solū sed in vndis atq; in pelago: nō in vna tantūmodo polonoꝝ gente ⁊ natione sed in vniuersis mundi nationibus et climatibus suā clementiā suaq; suffragia mortalibꝫ se inuocantibꝫ mōstrauisset. Beneficioꝝ quoq; martyris etiā ipsa iumentoꝝ et brutoꝝ corpora experta non sunt quod insequens declarabit prodigium.

Capitulum quadragesimumoctauum.

Honoraturi sanctū dei Stanislaū et eius limina visituri: cū iam de sanctitate illius et prodigijs atq; miraculis stupēdis assidue crebrescentibꝫ celeberrima per vniuersam regionē polonicā et eius vicinia haberet opinio. Nōnulli hoies de lancicieñ et mazouicñ regionibꝫ vtriusq; sexus glomeratim catheruatimq; Cracouiam pergebant: inter quos vnus Matheus nomine facetior ceteris habebat: curiositate suarū facetiarū ceteros homines puocans in risum. Qui et equū habebat monoculū qui victualia et sarcinas sub peregrinationis tempore pro ipso Matheo et comitibus sui itineris aduehebat. Cum itaq; vna simul pergerēt: et locosis facetijs ad leuandū viagij laborē relatione vicaria vterentur: ampliorē illis facetiarū opportunitatem mero de quoplus solito ea die hauserāt subministrāte: prefatꝰ Matheus ceteris loquatior ⁊ facetior huiusmodi deliramentoꝝ facetijs in sanctū dei Stanislaū vti pergit. Quid admirationis inquit est et prodigij

R sanctus martyr noster Stanislaus in atria domini ⁊ in potentias eius cum triphali palma ingressus: hominib⁹ mortalibus ratione tamē vtentibus ipm pro varijs suis necessitatib⁹ et morbis curandis interpellantibus visum auditum gressum et alia innumera beneficia soleat rogatus conferre. Quanto vo celebrius foret miraculum sueq; sanctimonie amplius indicium: si in bruta quoq; animalia poscendi et supplicandi virtutem non habentia prodigiorum suorum efficatiam extendēs: sub presenti tempore equo meo monoculo tribueret oculum amissum; prodigioq; huiusmodi declararet se beneficium etiam non petenti posse cōferre: qui solitus est nisi supplicanti atq; petēti beneficiū prestare. Cunq; huiusmodi ingeminaret blasphemias: et argumentib⁹ eum de tam inconcinis facecijs ceteris suis contribulibus vaniloqu⁹ et illorus sermo ab eius ore non posset per correctionem fraternam explodi: oculus illico eius crepuit. Equus vo suus oculum quem diudum amiserat habere integrum cepit. Stupore deinde cunctos peruadente: merore etiam et anxietas et cōfusio omnium pectora occupat super socio tam subita aniaduersione pertusso. Celebratur insuper per ora omnium diuine potentie et sui martyris Stanislai admirabilis magnitudo que prodigioso moderationis tempamento: dum blasphemo oculum auferret iumēto donaret. Tum demum Adalbeus cecitate huiusmodi vexatus: intellexit se non facecias sed blasphemias in deum et sanctum eius Stanislaum protulisse: et reatus sui magnitudinē recognoscere cepit. Quapropter ad sepulcrū martyris dei Stanislai Cracouiam perueniens in animo humiliato et contrito de scelere suo facta per prius confessione penitentiam agens fletib⁹ illud et assidua ad sepulcrum sancti dei Stanislai supplicatione expiabat donec miserationum dominus per suffragium martyris sui Stanislai illum respiciens: oculum quē blasphemando amiserat consolidando instauraret: vtriusq; oculi prestando penitendi visionem: et in suarum misericordiarum multiplicatione quemadmodum dauid cecinerat hominē saluaret et iumentum.

Capitulum quadragesimumnonum.

CUm plures polonor⁹ milites ad passagiū generale p summū pontificē pro prutenos ydolatras et barbaros cruce assumpta ad bellandū et ad exterminādū ꝓdictos prutenos accincti prussiam se cōtulissent et bella illic pro christianis et fide katholica cum barbaris assidua gererent: fidei ortodoxe illos subiugaturi. Andreas de Morauicza miles spectate in illorum numero probita

tis vir habebatur: qui a suis progenitoribus audierat didicerat q̄ beatissimum Stanislaum Cracouien epiſcopum sanctitate fore insignem et celebrem et multa prodigiorum claresceret sublimitate. Quapropter ab annis sue puericie et quousq̄ in virile robur euaderet: et deinceps singulari in sanctum dei Stanislaum ferebatur deuotionis ardore singularez illi miro religionis t reuerentie affectu prestans reuerentiā atq̄ culturā seq̄ et sua omnia suasq̄ necessitates sancto dei Stanislao pro omni loco et tempore cōmendans. Accidit itaq̄ bella illi in prussia gerenti vt prutenorum potentijs conflictis ad curiam vnius nobilis pruteni pulchrā nimis et munitam: cum comitibus suis deueniens incendere illā t cōflagrare igni a cereris admonebatur: quorum iussionem executurus diu satis herendo inuestigabat solicit⁹ quo nam modo curiā ipsam vndiq̄ cōclusam et obseratam introiret: tandem per scrupulosam explorationem porticum vnam satis angustam bassam et decliuem adeo vt ex equo descendere cogeretur: offendens penetralia curie irrupit et locis aliquot flammas subiecit: verum cum incendium illud correptis omnibus in circuitu latius manasset Andream etiam militem parte ab omni circumdatum inclusit: et cum euadendi omnis adempta foret atq̄ effugiendi potestas: iamq̄ in suū etiā auctorē seuiebat: sed nec comites sui qui cū cumstabant ab extra ad eripiendum eū de flammaꝝ medio aliquā nouabāt operam: existimātes eum de medijs ignib⁹ dudū exilijsse. Sub tā itaq̄ periculoso necessitatis vel pori⁹ mortis imminentis articulo detrusus: cum se videret a flammaꝝ peri voragine: a comitib⁹ q̄z clamorē si quē ederet percipere nō valentibus nullius ferendi solacij spes restaret: ad patroni sui beatissimi Stanislai in flammarū positus medio se totus presidiū cōuertit: sciens fidenscq̄ q beatissimus Stanislaus deuotionē suā secutos et in se sperātes nunq̄ deseruit: sed pio t forti presidio vbilibet illos protexit. Grauibus itaq̄ suspirijs ad deū ingemiscēs precabatur se per beatissimi Stanislai intercessionem et suffragia ab imminenti flammarū exicio ereptum iri. Nec mora beatissimus Stanislaus affuit et fideli famulo suo hinc inde quo gradum figeret anxie prospectanti ferens auxilium flammarum globos diuisit: euadendiq̄ potestatē fecit. Ipse siquidē Andreas dum aduertisset q̄ nunsq̄ alias norare poterat: flammā in camere modū concra porticū qua intrauerat diuisam fore preparatū sibi effugiū per merita beatissimi Stanislai intelligens: ad porticū illam accedens t eam latam et spaciosam in porte modā vt sibi videbat et quā pauloante artam et angustam nouerat reperiens equo insidendo que tū pauloante sessorem equitē non capiebat illesus et omnis exustionis expers exiuit: a

tomitibus autem de incolumitate sua et euasione magna stupentibus et ouantibus admiratione cum ingenti hilaritate exceptus mirificum beatissimi Stanislai solatiū quod illi in flammis medijs inuotatus pstiterat et quo nam mō incolumitatē illi donauerat in omniū auribus recitauit. Quapropter in amorē et deuotionē beati Stanislai martyris oim qui hec audire pcitata sunt corda: magnificabaturq; ab vniuersis dei in martyre suo Stanislao potētia per cuius suffragia et merita tam naufragioꝝ q̄ incendioꝝ a fidelibus suis auerterent pericula. Et sanctus ipe magn⁹ in celo: magnus in terra: magnus in vndis: magn⁹ in flammis semper et vbiq; habitus fuerit clarus mirificus potens et insignis.

Capitulum quinquagesimum.

Palatinus Cracouien Fulko quē lingua polonica pelkam appellat: cum graui infirmitate correptus in grabato decūberet: stertenti illi potius potius q̄ dormienti vir venerādus in ornamento pontificali apparuit et tremente consolans ac bono animo esse iubens ait illi. Ego sum Stanisla⁹ Cracouien epūs cuius meritis te nō dubites sanatūrū: dic vniuersis quaslibet necessitates sustinētibus: vt fiducialiter cure mee se pmittant: mea quoq; suffragia inuocent et sepulcrum visitent omniū necessitudinū suaꝝ votiua cōsolationē mea intercessione recepturi. Cum aūt eger ea visione pfunctus euigilasset: et de his que viderat stupens secum tacitus volueret in dormitationē priorem relapsus: tandem secūdo parem prioi habuit visionem: et expergefactus et in ampliorem admirationem versus quid sibi tam prio: q̄ secunda vellet visio vario mentis discursu pertractabat: iterū tercio idē pontifex sibi apparens monuit hominem bene de se sperare et sanitatem consecutus: ceteros quoq; eiusdem spei esse iuberet: qui euigilans et se integre sanitati restitutum dinoscens preconē se viri dei constituens magnifica eius in vniuersos suffragia cepit efferre. Processu deniq; temporis cum filius eius Poznan grauiter langueret et medicorum iudicio in mortem destinatus foret: pater eius Fulko palatinus serius admonitionis sibi facte per visum recordatus cum fletibus et lamento filium iam agentem agonē beatissimo cepit deuouere cū magna fiducia Stanislao suppliciter interpellans vt qō sibi triplici policitatiōe firmauerat in egro suo et iam morbūdo exequeret filio. Ad quā vocē filius oculos aperiēs et patrē fletibus madentē videns: quid inq̄t pater mi de bīssimo mihi narras Stanislao: at ille: voueo te inq̄t fili mi beato Stanislao et tue salutis curam sue sanctitati committo: sperans te eius meritis sanandum. Tum

eger salubrem inquit rem licet tardiuscule egisti pater: precibus em̃ beatissimi viri Stanislai et tibi sum redditus et vite. Jube ergo me ꝯcelerius ad sepulcrum suum deduci plenioꝛem illic liberationem cõtinuo adepturũ. Tum Fulko palatinus grandi solutus meroꝛe gratiarũactionesq; in deum et sanctum suum Stanislaũ cum omni domo et familia sua resonabat. Et qñ nox intempesta que filius poposcerat fieri prohibebat: diluculo erũpente filiũ in Cracouiã ad sepulcrũ btissimi Stanislai cũ oblatione solẽni deduxit: vbi flẽti oꝛãti ꝛ eiulãti ꝓpiciatio diuina filio suo poznan ad inuocationẽ sui dilecti martyris plenioꝛẽ incolũitatẽ est largita.

Capitulum quinquasimumprimum.

Jslao Cracouien̄ episcopo qui annis duodecim sedi eidẽ pꝛefuerat obeunte. Prandotha de Bijalaczow in eius locũ substituto. Falislaus miles grauissima egritudine tẽpoꝛe oppressus diuturno: eam per quietẽ habuit visionem. Videbatur siquidem sibi q; in cuiusdam celeberrima festi die ad agendum rem diuinã apud maioꝛem Cracouien̄ ecclesiam maioꝛes pulsarentur campane. Et eger ipse vt solẽnitati quoq; tam festiue interesset ad ecclesiam predictã gradu cõcito ꝓperaret ad pedem mõtis positus. Viflaum Cracouien̄ episcopum prĩdẽ absumptum rubꝛo et pontificali indumẽto se spoliantẽ offendit. Quo viso grandis illi admiratio incessit: cogitareq; tacitus cepit quid cause existeret q; episcopus se pontificali nudaret amictu et parum rite solennitas illius diei episcopo rem diuinam non agente posset expleri: ad quem ea admiratione distentum Viflaus episcopus cõuersus quasi eius ad liquidum cogitationes cognouisset. Superuacua inquit admiratione percelleris: arceoꝛ em̃ ab huius quã olim administrabã ecclesie ingressu quoniã per annos duodecim quibus illi ꝓfui beatissimi coꝛpus Stanislai Cracouien̄ episcopi iacere in terra puluere permisi: operã insuper meã pꝛo illius canonisatiõe nouare neglexi. En vt desidiosus et segnis et de pontificalib⁹ indumẽtis expolioꝛ et ab ingressu ecclesie abigoꝛ Tu vo a me rogatus ad Prandothã Cracouien̄ episcopũ modernum et successoꝛẽ meũ immediatũ perge: meisq; verbis illum admone: quatenꝰ meo deterritus damno et ossa beatissimi Stanislai honesto in armario vino lota recondat: et pꝛo canonisatione eiusdẽ toto conatu totoq; nisu ꝓmptus ꝛ supplex incũbat. Phalislao vo respondẽte: nõ dabit inq; fidẽ relationi tuo nomine a me perferende Prandotha episcopus: ad quem Viflaus: adiungas inquit et hoc illi quod pꝛolaturus sum et credet. Si inquit auscultauerit si debita intentione et hoꝛrendam quam pertulit

beatissimus Stanislaus mortem et causam martyrij pro qua ab impio rege mille frustulis cesus est libraueris: facileq; implenda decerno exeq̃ris. Et si meis rogationibus et auisamentis non flecteris: saltem pro diuinorum magnitudine que per sanctum suum in omnes egros et necessitatem patientes affatim operatur dominus mouearis. Sed et hoc in documentū assume: q; si anulus suus in plurimis operatus est sanitatū virtutem: qui putas quid censes ossa illius postq̃ de terra leuabuntur operatura his dictis cum tam efficax visio disparuisset: sanitas etiam illico plena atq; perfecta Phalislaū est consecuta que et quasi maiorē efficatiam prestitisset visioni. Phalislaus tamē quod sibi a Eislao episcopo iniūctū fuerat denūciare Prandothe episcopo mādatū neglexit. Quapropter post tres ebdomadas quibus sanus incedebat in egritudinē relapsus est recidiuā. In qua dum singulor estimatione moriturus in extasim peruenisset: vidit virū suppilicio vestitum super se stantem: se quoq; cū quadam indignatione obiurgantē atq; dicentē. Quare te prestitisti mandatorum que a me acceperas et quorum implerionis gratia salutem quesieras neglectorem. Meritō itaq; presenti verbere affligeris. Ampliori si contumax persteteris verberandus. Ad hanc vocem Phalislaus pallore q̃uis nimio quē ex vultu terrifico admonētis et obiurgantis se pssone contraxerat refertus a grabato repente cōsurgens adaptari sellariq; sibi equū familiaribus impauit: innuens se ad episcopū Prandothā ex tēplo profecturū. Quibus inter spem et metū positis quippe qui vix adduci poterant dominū suū comporē mentis et salubritatis esse iussa pficientibus equū preparatū plena iam potitus sanitate conscendens: ad Prandotam episcopū venit et visione quā viderat fideliter ex ordine denūciata: etiam et penam quā pro negligentia irrogatā pertulerat ennarrauit.

Capitulum quinquasimum secundum.

Adeijdis matrona theotonici generis et religiosa et deuota anno integro a graui febre vexata membra illius et vitalia assidue et excruciante et depascente cū in grabato suo de vita desperans sub nocte media anxia decumbēs iaceret: et ceteris omnibus qui in domo fuerāt somno grauatis sola filia illius de matris egritudine solicita vigilaret. Matrona quedam sibi ignota et nūq̃ alias visa facie et vultu veneranda per hostium habitaculi in quo egra iacebat visa: ammonuit eam ꝓprio nomine cōpellans et dicens. Consurge Adeijdis et ad sepulcrū beatissimi Stanislai perge meritis suis ꝛ suffragio bonam valitudinē perceptura. Denunciabis autē Troiano Craco-

uien ecclesie custodi vt Prandothā Cracouien episcopuz admoneat ne ossa viri sctissimi Stanislai vlterius in zabulo delitescere permittat: sed vino et aqua abluta in vase mundo recondat: q si iussionem meam presentem neglectū a te iri contingerit scias te a cruciatibus quos pateris solui non posse. Ad hanc vocē et visionem expergefacta prona ex graba to consurgens et tam filie q̄ cunctis alijs in domo secum vna cōmorantibus visionem edicit. Qz primum deniq̄ subsequens dies illuxit Cracouiam petens sepulcrum sancti dei Stanislai adijt: et pro sua liberatione supplices ad deum fudit preces. Eam tamē denunciationē que Troiano custodi patefienda erat matronali pudore suppressit. Quapropter iuxta oraculi visionem sanitate potiri non valuit. In sequenti vo nocte dum solito maturius cōsurgēs: filia dormīēre in oratiōe psisteret: videt virū venerabilē ante se consistentem atq̄ in lingua theotonica sibi imperantem atq̄ dicentem. Elade inquit Adleyda Cracouiā et ad Troianū custodem Cracouien iuxta poris oraculi quod per matronā tibi nocte que precessit mōstratū est visionē: mādata mea defer: quaten⁹ admonitū habeat Prandothā epm vt ossib⁹ meis leuatis de puluere et vino lotis et aqua vasi mundo includat. Tu vo ad sepulcrū meū Cracouiā quanto celerius adi: et signaculo anuli mei bndicta illico cōsequeris sanitatē. Qō dum altera die expleuisset geminatāq̄ visionē et admonitionē quā viderat et audierat apud Troianū custodē Cracouien ex ordine enarrasset. Anulo insuper sancti dei Stanislai fuisset signata perfecte et integre cōtinuo bone validini se sentiēs reparatā: sanctū dei Stanislaū sue salutis auctorem multifarijs cepit mirificare atq̄ efferre preconijs.

Capitulum quinquagesimū tercium et vltimū.

OBmissa cetero⁹ miraculo⁹ que restabāt multitudine ne longius pgressus fastidio sim lectori: pertim cū etiā inserenda pleraq̄ inseq̄ntib⁹ necessariū arbitror que canonisationē sancti dei sunt secuta: vnū tantūmodo pro cōclusione subijciā. Swijanthoslaus opidi episcopalis Slawkow ciuis: arte cozlarius vir simplex et rectus ac in deū rare deuotionis et in elemosinarū largitione profusus. Operi quidē sue artis interdiu vacans: noctis vo spacia in orationib⁹ absumens. Cum estiuo tpe ante lucanā horā puenīēs in sue edis supiori cenaculo oraret iuxta morē in ciuitatis poicte vltra pontē et fluuiū Przenischa qui ciuitatē pter fluit situate: copiosam et pene innūerabilē populi de sexu vtroq̄ multitudinē videre cepit. Suspicatusq̄ hunc hostilē esse exercitū et hostilia illico attempraturū, vario siquidē hoim

generē erāt refertus subito et ingenti concūtiebatur pauore tam sibi q̄ sue ciuitati metuēs et quod imminere piculū crediderat magnopere per horrescens. Tenebat autem inter illos medius editiorem locū vir vnus pontificali amictu insignis canicie reuerendus t vultu: clericorū stipat⁹ multitudine: candidis superpliciis et stolis indutus. Sed et q̄plurimi viri religiosi et spectabiles quibus et femine fuerant pmixte: latera eius frequenti catherua ambiebant. vniuerse preterea t innumerabilis illius multitudinis ora in solum pontificem notabat conuersa que etiam se ad illius benedictionem excipiendam supplex et procliua in genua humiliabat. Pontifex enim predictus ex eminentiori locō prospectans: omnem illam populorum sese comitantium multitudinem manu sua contra quatuor mundi partes videlicet orientē occidentē austrum et septētrionem in sublime extensa frequenti et multiplicata sanctificabat benedictione. Qua impensa omnis illa multitudo processionabiliter ordinata vexillis q̄plurimis et ferentarijs precedentib⁹: episcopo cōsistente in medio: pontem et fluuium de quibus premisimus trāsgressa versus ciuitatē et ecclesiam Sancti Wyncentij vsq; est incessisse: q̄plurima t innumerabili populi de statu vario et permiscuo multitudine et precedente episcopū et insequente vno ore et vna psallente et cōcinante voce. Benedict⁹ qui venit in noie domini. Cum aūt omnis illa processio longo spacio tenderet: et epūs cōtra cenaculum in quo Swijantholaus comitarius oratorius quererat pueniret: retraxit se Swijantholaus p̄dictus infra cenaculi columnā et per rimā quandam que agebantur contemplans pontificis prefati amplissimū splendorem et gloriā tacitus secū et stupens mirabat. Et continuo vir vnus ex illa cohorte canus cesarie et vultu venust⁹: qui et ipe stola candida amictiebatur: et processione que interim quasi ex cōposito presserat gradū diuertens Swijantholai comitarij domui apropinquās ipm in extasi et stupore positum euocat t nomine ppio compellat. Quare inquit Swijantholae exagitaris stupore et admiratione. Moli demq; latere noli te supprimere: amici venimus non hostes prestaturi beneficia non hostilia irrogaturi. Swijantholao vo stupente magis ad sermonē qui secū loquebatur viri et nec proloqui sed nec hiscere quidē. Subito eīm obriguerat tremore audente interrogare vir ille Swijantholaū de reliquis pergit. Scis inquit Swijantholae quis est pontifex iste tibi mōstratus: et que sunt populoq; quas aspicis catherue pontificē pcedentes aut subsequētes. Quo se ignorare respondente atq; dicente. Jam eīm paululū se ex metu collegerat: nescio inquit domie. Iste est inquit beatissim⁹ Cracouiēsis antistes Stanislaus in cōspectu dñi dei et omniū supernorū ciuium martyr

magnificus polonorum protector aduocatus et patronus. Et omnium se pro suis necessitatibus interpellantiū suffragator mirificus. Tam frequens ꝙ et tam innumera quam conspicis populorū multitudo que virum dei precedendo et subsequendo comitatur et in suum decus modulatur laudes christiana gens est precibus et meritis presulis sanctissimi Stanislai saluata ꝛ saluanda. Impositi deinde his dictis illi preceptum dicens. Tu inquit de visione que tibi monstrata est gratias referens deo qui te reuelatione presenti censuit dignū: perge Cracouiā et fratri Vincentio de predicatorū ordine quē in ecclesia sancte trinitatis sui ordinis ad columnā sedentē et auditioni cōfessionū vacantē reperies: post confessionē a te quoq; primū peragendā: vniuersa hec que vidisti queq; a me audisti ex ordine referas. Insuper ꝛ hec illi anūciabis: q; preter hūc quē vidisti virū sanctissimū Stanislaū Cracouiēn episcopum: sunt alij sex in polonoꝝ ecclesia sancti quoꝝ mors in cōspectu domini censetur celebris et gloriosa beato Stanislao in sanctitate et merito non inferiores p̄ pro piciationem diuinam suo tempore senescenti et in occiduū vergenti seculo plurimisq; vicijs deprauato et deprauādo ad suscitandā in mortalibꝫ que tunc amplius refrigescet caritatē et in salutē omniū populoꝝ. Gentis ꝙ polonice gloriā et consolationē reuelandi. Quibus expletis vir ille cū Swantoslao cōferens: et oīs illa sanctarū animaꝝ p̄cessio a cōspectu suo subtracta euanuit. Qui mira dulcedine spectaculi huiusmodi perfusus: eadē die Cracouiā pueniens fratri Vincētio quē in loco sibi designato ꝓpererat cūcta ex ordine q̄ viderat et audierat fideliter enarrauit.

Tractatus tercius in Canonisationē beati Staniſlai.

E principali tercio Canonisationis scti dei Staniſlai difficultate: post q̄ duob⁹ alijs p̄piciatione diuina defungi me contingit scripturus bonitatis diuine clemēs pudaq; ordinatio vt illam vehemētius soluto stupeā et admirarer mēti incessit: que in id tempus quo dilecti martyris sui Staniſlai Canonisationē cōsumari pficiq; decreuerat: et pontificē Cracouiēn et principem raris et singularibus virtutibus refertos viros seruauit quorum alter p̄randotha fide charitate et religione plenus et magnitudine virtutū egregi⁹: alter Boleslaus Lesthkonis albi filius: circa quē tunc rerū summa polonicarū et monarchia consistebat pudicitia et reli-

glone insignis habebantur: accessit et Boleslai principis consors Cunegundis hungarie regis Bele filia materne progenies a sorore germana sancte Hedwigis polonie ducisse: scte Elizabeth neptis germana: illustrissima propago virginitatis altitudine: quam in cōnubio maritali incōtaminatā seruauerat et stupendis que in vita et in morte in defunctor resuscitatione et in languentiū curatione egerat miraculis prepollens: nihilo aua sua beata Hedwigi et matertera sua beata Elizabeth sanctitate inferior eo vel solum parū felix q principatum apud polonos sortita eorum desidia et neglectu Canonisationis glorificatiōe huiusq insignita non est q̄uis in eam vsq diem singularibus clarescat miraculis: que ipsa pro canonisatione sancti dei Stanislai omnes suas ducales facultates magnifico et liberali spiritu effundebat. Accessit insuper et vir venerandus Jacobus de Skarzeschow: etsi genere originari⁹ et statura pusillus virtute tamen et doctrina ingenuus et magnus vtriusq iuris doctor Cracouien decanus et wratislauien canonic⁹ qui eloquentiā et doctrinā singularē quibus pollebat: sed et labores et sumptusq suos ad idynum cōuerterat: quatenus sancti dei Stanislai canonisationis glorificatio prouenire: canonisationis sue omnibus calcatis que ingerebātur tam aduersitatibus q̄ difficultatibus animosus et principalis inter nuncios cooperator. Accesserunt et alij nōnulli viri tam religione q̄ probitate insignes qui suas vsq ad felicem cōsumationis cōsumationē nouabāt operas. Quorū nomina in progressu narratiōis subiciemus: Accessit postremo et vniuersus clerus Cracouien diocesis qui pro Canonisationis negotio votiue expediendo desingulis beneficijs certam quo tam contribuendo liberaliter impendebat: verum prosecuturus propositum ad materiam principalem redeo.

Capitulum primum.

Crebrescentibus magnificis et stupendis prodigijs que clementia saluatoris omniū dei per beatissimi pontificis Stanislai merita gloriosa in Cracouien ecclesia et alijs q̄plurimis locis ad sui nomis inuocationē operabat. Boleslaus pudicus polonorū princeps et monarcha et prandorba Cracouiensium antistes feruentis ambo vt premissimus deuotionis viri in dcum nuncios suos ac totius regni polonici et ecclesie magistrū videlicet Jacobū de Skarzeschow decretorū doctorē decanū Cracouien superius nominatū et magistrum Herardum canonicū Cracouien in Lugdunū ciuitatem Galliarum ad Innocentiū papam quartū: anno dñi millesimoducētesimoquin-

quagesimo transmittunt miracula sancti dei exposituros. Que et si sum mopontifici Innocencio in facie consistorij publici per magistri Jacobi de Scarzeschow decani Cracouiesi organū grauiter et diserte fuissent enarrata sanctitatis sue et susceptī martyrij non tam validissima q̄ certissima iudicia. Summus tamē pontifex grauitatē in rebus similib⁹ a se de apostolica custodiri solitā obseruans: Archiepō Guezneñ: Vratislauiesi epō: et abbati de Lubens examen miraculorū beati Stanislai per litteras speciales mandat et remittit: iubens illis singulariter atq; intūgens quatenus propter diuturnā et longeuā earū rerum que de passione et martyrio beati Stanislai ferebant̄ ꝓlationē militē quendā centenarium Gedka hic erat cū omni diligentia et solicitudine examinare curarent. Qui et si sanctū Stanislaū non nouerit: eos tamē qui illū nouerant et viderant pro cōperto sciebatur nouisse. Illisq; referentib⁹ vite beati Stanislai puritatē et cōuersationē innocēter et religiose per oīne euum traductā: necnō ordinē et causam martyrij. Miracula insuper in morte et vita patrata plenarie didicisse: qui et si iuxta mandati apostolici directam eis formā ꝓcedendo scrupulosum sup singulis articulis per ꝓmotores negocij ꝓductis egissent examē et pfato Innocēcio pape de oībus que p eos cognita fuerāt plenā p scripta fecissent fidē: papa tū Innocencius rem cognitur⁹ et ꝓcurat⁹ ad liquidū Jacobū weltreñ fratrē ordinis minor virū et religionis rare et doctrine poloniā transmittit ad inspiciendum personas testiū productorum: et ꝓsertim ad inquirendum a duobus veteranis et centenarijs hominibus in actis ꝓioribus destriptis qui dicebant̄ ab aliquib⁹ accepisse q̄ scirū nouerūt eundē et de ipi⁹ honesta et clara cōuersatione audiuerūt et palpandum omniū testiū productorum legalitatem: inquisiturū quoq; si Cracouieñ diocesis paganis et scismatis ruthenis sit confinis: necnon et videndū scripturas libros cronicas et annalia sanctitatē t martyriū bti viri testantia ex archiuis publicis tā regie q̄ ecclesie assumēda. Cui⁹ cōmissiōis extat tale exēplar

Capitulum secundum.

INnocencius episcopus seruus seruorū dei dilecto filio fratri Jacobo weltreñ ordinis fratrū minorū Salutem et apostolicam benedictionē: licet venerabili olim fratri nostro epō Cracouieñ t dilectis filijs capitulo et clero ciuitatis Cracouieñ t diocesis suis nobis lris intimantib⁹. Q̄ mirabilis deus in sctis suis pie memorie Stanislao epō Cracouieñ tot et tātis dat coruscare miraculis vt illius sanctitas apertis indicijs cōprobet̄: et ipius inter alios sanctos

ſion inuocari ſuffragia eſt indignū: venerabilibus fratribus noſtris archiepiſcopo Gneznenſi: epō Wratislauienſi: dilecto filio abbati de Lubēs ordinis Liſtercienſi Wratislauienſi dioceſis dederim⁹ noſtris lr̄is in mādatis: vt aſſitis ſibi viris religioſis et deū timentib⁹ de virtute moꝝ et veritate ſignoꝝ operibus videlicet et miraculis diligentiſſime inquirētes: que inuenirent nobis ſuis litteris fideliter intimarēt: ipſiſq; in negocio huiuſmodi p̄cedentibus et reſcribentib⁹ nobis: nos fidem adhibeamus vt cōuenit p̄ceſſui eoꝝundē. Quia tū in tāto negocio grauitate et maturitate p̄euia eſt p̄cedēdū te ad partes trāſmittētes ealdē auctoritate apoſtolica diſcretioni tue p̄ſentiū in virtute obediēcie diſtricte iniūgimus vt a dictis inquiſitoꝝib⁹ ſi ſupſtites et p̄ſentes in prouincia fuerint an ſic p̄ceſſerint ſicut ſub ipſoꝝ ſigillis recepimus perſcruteris: et ipſoꝝ actoꝝ exempla ad maiorē certitudinē tecū portes: faciens p̄ſentari tibi eos qui dicuntur fuiſſe a diuerſis infirmitatibus liberati: quos et quot potueris ac illos duos centenarios ſi ſupſtites fuerint de q̄bus mentio eſt in actis qui dicūtur ab aliquibus accepiſſe vel eoꝝ alterū q̄ ſcirī nouerint eundē et de ipſius clara et honeſta conuerſatione dum viuerēt audierunt: inquiſiturus ab ipſis an ira ſit t inſpecturus: nichilominus deuotionem populi et famam communem ſuper martyrio et cauſa martyrij necnon et ſanctitate ipſius. Inquiras inſuper vtrum Cracouienſi dioceſis paganis et ruthenis ſciſmaticis ſit confinis vt per hoc ex ipſoꝝum confinio lucrum prouenire valeat animarū. Ad hoc librum cronicarū quo ad capitulum p̄tinens ad negotiū p̄fatum ex archiuo ducis polonie editum: t etiā librum annalium et epithaphium cōſidera diligenter et his ſumatū ſub obteſtatione iuramenti vbi tibi viſum fuerit coram p̄dictis inquiſitoribus preſtiti plenius intellectis ſi aliqui teſtes ſuper p̄dictis vel nouis articulis tibi fuerint p̄ſentati eos iuratos ſim formam recipiendoꝝum teſtium prudentū recipias et diligenter examinare procures et ſic inſtructus ad nos vt per te ſup his inſtruamur plenius reuertaris. Datū Peruſij ſeptimo kalendas Junij pontificatus noſtri. Anno nono.

Capitulum tercium.

Commiſſarijs apoſtolicis Gneznenſi archiepiſcopo Fulkone et wratislauienſi epō Thoma: et abbate Lubenenſi: et fratre Jacobo welt reſi ordinis minoꝝ ſingula eis cōmiſſa: cum debita grauitate et maturitate exacta in facto Canonizationis beati Stanislai expedientibus et vniuerſa que compererant redigentibus in ſcriptū publicum et ſolenne: p̄dictoꝝ huius negocij nūcij qui duobū

in patriam fuerant reuersi: videlicz magister Jacobus de Scarzeschow decanus et magister Gerardus canonicus Cracouien: canonisationē beati Stanislai apud prefatū Innocenciū quartū soli citaturi ad curiā Romanā per Prandothā epīm Cracouien et capitulū sumptibus datis, pui si: altera vice transmitunt. Et quo res ipa facili⁹ transigi et obtineri posset: nuncijs prefatis nōnulli fratres predicatores et minores de domo et monasterio Cracouien in litteris diuinis eruditi et zelum dei habentes adiuncti sunt. Qui papa Innocēcio apud Lugdunū: nondū em Gallias liquerat offenso: et si grandia miracula stupēdaq; opera: ordinē insuper et causam martyrij beati viri dei Stanislai coram papa Innocēcio et cetu cardinaliū in consistorio publico organis propijs diserte atq; splendide enūciassent. Examen insuper testiū per cōmissarios apostolicos factū et in scripris redactū ostendissent. Solicitudine quoq; et vigilia ingenti primū quidē summū pontificē Innocenciū quartū: deinde singulos cardinaliū precipue tamen Joannē Gaÿetham tituli sancti Nicolai in carcere tuliano diaconū cardinalem cause predicte commissariū ad videndū dicta examinis testiū specialiter deputatū: de cōsumādo canonisatiōis munere frequentius obeundo vexarent. Nōnullis tamen cardinalibus propter vetustatē et longinquitatē temporis de veritate tā martyrij q̄ miraculoz hesitantibus: maiora quoq; et lucidiora experimēta sanctitatis beati Stanislai deposcentib⁹: nuncij in poloniā redire iussi: noua mādata apostolica Cōmissarijs prioribus apostolicis afferebant: quibus mandabat vt scrupulosius vitam: genus: ordinē: et causam martyrij, prerogia sanctitatē et meritum beatissimi Stanislai: et ab hijs quos iam examinauerāt: et ab alijs inuestigarēt: ac per noua scripta et testimonia sedem facerent apostolicā de singulis certiorē. Ea difficultas: vtrū cōsulto ingesta fuerit vt veritas de sanctitate pateſceret ad liquidū martyris: an vt solet Romana industria ad res aliquas honestius repellendas difficultates inicere: huic quoq; difficultatē prefatā iniecerit incertū habem⁹. Nihil hac dilatione vir excellens atq; optimus Prandotha Cracouien episcopus factus segnior: quę forte alium a prosequendo desperare coegisset: sed plenus feruore atq; zelo: et pōres testes et plures alios nouos. Bethham tamen precipue militem centenariū apud Cōmissarios apostolicos induxit: et altiori indagine ipsos examinari dictaq; eorum procurauit cōscribi: et anni dimidium in conficiendo huiusmodi examinatiōis negotio singula per se curans et adiens absumpsit.

Capitulum quartum.

Replicato examine super vita causa t ordine martyrij t magnificis et famosis miraculis: alijsq; omnibus que ad consummationem Canonisationis viri beatissimi Stanislai Cracouien episcopi conducere visa sunt iuste et rite expeditis: procures nuncij magister Jocobus de Skarzeschow decanus: et mgr Gerardus qui et Gostiuinus appellabat canonicus Cracouien cum fratribus predicatoribus t minoribus per Prandothā epm t capitulū Cracouien sumptibus qui negocio abunde sufficerent prouisi: ad summū pontificem Innocencium quartū qui nouem annis apud Gallias exactis italiam redierat vice tercia Anno domini millesimoducentesimoquinquagesimo tercio proficiscuntur. Hunc cū in Perusiorum vrbe offendissent nouū illi de vita martyrio et miraculis beati Stanislai exhibēt examē: noua omniū pontificum ac principum polonice regionis atq; ecclesie sanctitatem viri testantia offerūt scripta t pro illorū ampliori firmitate etiam testes insignes et qualibet exceptione maiores viuos et presentes producunt In quos aut per merita beatissimi Stanislai collata fuere miracula: aut qui eos quibus conferebantur viderant et nouerant a pluribus languoribus illos detinētibus bone valitudini restituros. In quorum depositionibus clarissime cōstabat: q sanctus dei multis claustra linguarū inuocatus aperuit et post horrificum vocis inarticulate mugitū vinculo nodate lingue disrupto ex ore obserato sensibilis et rectus sermo ꝓcessit q cecus recepit lumen et q violentus dolor nube crassi humoris obscurās et orbiū sede rapuerat luciferas gemmas orbibus integrauit: q multos morte stratos ad vitam restituit q lepre maculam a pluribus depulit: q epilenticis paraliticatis et contractis plenā valitudinē contulit cui clementa videbant famulata: ad cuius inuocationē frequēter incendiū restrictum est pelagus et vndarū stridor. Aerearū quoq; potestatū fragor quieuit: ad cuius iussionē inferus militē petrū quē triennio captiuū detinuerat soluit. Jam plures dies nuncij Cracouien solicitando que in rem viderat necessaria exegerāt. Jam illis spes optima de negocij expeditione a papa et cardinalibus promissa affulserat: et veluti omnibus difficultatibus ac impedimentoꝝ obstaculis defuncti laborū suoꝝ fructū gloriosum prope diē de quo illos Joānes Gaijethanus cardinalis cōmissarius certiores fecerat percepturi: felicē exitū negocij: leti atq; alacres operiebantur: cum subito eodē Joanne Gaijethano Cardinali referente audiunt rem clarā et certam nullaq; fuscam caligine de quo Cardinalis ipse stomachans grauī cōmouebatur admiratione ad ambiguū t infectum recidisse Reginaldo episcopo et cardinali hostien qui Innocēcio quarto

absumpto kathedram succedens Alexander vocitabat viro magne gra uitatis et prudencie cui et reliquus patrū conscriptor cetus auctoritatē illius non ꝓpriū iudiciū secutus assentiebat canonisationi viri dei Sta nislai ꝓpter diuturnitatē et morā tēporis a die martyrij sui effluxi perse uerantes obsistente et indignū atq; incredibile astruente vt claritas tam illustris martyrij et tam insignis sanctitatis si vera et nō simulata existe ret tanto tempore sedem apostolicam et vniuersalem ecclesiam latuisset Cōmissariū itaq; suū Joannem Gaijetham cardinalē nūcijs Cracouiēsi ecclesie magna turbatione et anxietate perculsis: quid facto opus foret cōsultātibus inspiratus ipse et indignitate repulse permotus: licz vt po stea referre solebat forsitan se loqui credens. Respondit nō argumento humani testimonij: sed ad stipulatione diuine vrutis rem indigere. Qua propter necesse inquit habet sanctus vester Stanislaus post tot que eum egisse compertum est prodigia: vnum finale si canonisationem suā perfici velit operari miraculum vt discordes in vnam et conformem sententi am impellat. hi etenim qui obsistunt nomini si nouo et prodigioso signo cum singula alia quasi vetustate obsoleuissent indubium reuocent: ad cō sensum poterint induci. Ita athlete gloriosissimo Stanislao qui pro fide pro religione pro veritate q̄ maximis viribus et infinitis sudoribus cer tauerat: qui inumeras plagas cesus atq; mactatus pertulerat: qui vi tam suam totam virtutibus deuouerat: Quiq; vitam suam fortibus fa ctis et sanctis ac stupendis prodigijs condecorasset: iustissima canonisa tio iniuste et indigne negabatur: q̄uis et vite sanctitas et martyrij rari tas et prodigiorū multiplicitas efficacissimum prestruerent ordinē sancti tati. Quid agerent nuncij Cracouiēsi ecclesie et procuratores negocij di lecti dei Stanislai quo gradum verterent: quem patronū adirent: cuius suffragia implorarēt singulis quodāmodo per sententiā Reginaldi cardi nalis a tam solēni ꝓbationū genere in ambiguitatē auersis. Quid insup ad cōsumationē operis adderent: quo summus pontifex et cardinales mo ueri in canonisationē sancti dei possent. Restabat vnū vt deseri se a chri sto et btissimo martyre suo Stanislao pro illi⁹ ecclia et vitate passo nō posse tenacissime ꝓfiderēt: qui ideo martyris sui glorioſi Stanislai cano nisatiōis gloriā indifficultari ꝓmisit vt eam illustriorē nouis ꝓdigijs de claratā efficeret. Negocio itaq; canonisatiōis viri dei Stanislai langui dato et ab omni spe et cura dilapso: dū soli Cracouiēsi eccl'ie nuncij supli cationibus et obsecrationibus nocte atq; interpiti ad deum intenti a fi de nō excidissent sola diuinitas rei ab oībus deserte curā sibi fuisse mon strauit Reginaldus cardinalis Hostiēsis epūs pōtifex canonisatiōis sanc

ett et electi dei Stanislai precipuus hostis et aduersarius. cuius etiã sententiã et cõsiliũ ppter notã hois in vtraq; scietia solertiã et probitatem papa Innocẽcius amplectebatur: graui adeo morbo correptus est vt tã suo q; phisicorum iudicio prope horam estimarẽt moriturus: in qua cum dies aliquot laborasset vigilanti illi et in camera priuata solitario consistenti beatissimus vir Stanislaus in pontificali amictu cum magno claritatis fulgore apparuit et in grabato iacenti de visione; et ignote persone et insoliti fulgoris stupẽti: vir dei Stanislaus ait: agnoscis ne me? qui tremẽs ac stupens et verba vix formãs: non agnosco respõdit: Queso tñ quis sis qui cum tanta luce clausis etiam ianuis cubile meum intraueris edicas? Cui ille: ego sum ait Stanislaus Cracouiẽ episcopus pro nomine Jesu christi eiusq; etiã veritate et religione glorioso martyrio a Boleslao polonorum rege damnatus: cui tu re aduersariũ non recte de vita martyrio r ꝓdigijs ppicia diuinitate a me patratis senciẽdo cõstituisti Ad quem Reginaldus cardinalis spiritu resumpto: ignosce ait mihi et ignorantie mee presul sanctissime: venãq; prestare velis meo errori: fortiorem promotorem tue canonisationis q; impeditorem pertuleras habiturus. Cui vir dei Stanislaus: vt me inquit in conspectu dei et sanctorum glorificationem et sanctificationem martyrio quod excepi consecutum esse agnoscas: ab egritudinis tue qua detineris grabato illico valens et incolumis consurge. Caue quoq; ne mee canonisationi decetero aduerseris: quã non in meam amplitudinẽ et gloriã tantũmodo qua ego iam in videndo deũ plenissime perfruor: sed in oim fidelitũ salutẽ cõsolationẽ et profectum diuina decreuit consumare clemẽtia. Reginaldo cardinali oia que iubebant obedienter se expleturũ pollicẽti: visio disparuit. Qui accersitis familiarib⁹ sterni sibi equũ quo ad pallaciũ papale vehatur impat: familiares vo et si dominũ suũ primũ delirare credidissent eo tamẽ sine adiutore et cõsurgente de grabato et in equũ cõscendẽte in magnam et ipsi extasim de subita dñi sui cõualescẽtia versi: illũ vsq; in papale palacium iocundi comitantur. Papa deniq; Innocencius aduentasse cardinalem Reginaldum et incolumem fore quem animam exalasse iam crediderat intelligẽs: alacris illum excipit r sue cõgratulat incolumitati Papa deniq; Innocencio ordinẽ et modum tam subite curationis a cardinali ꝓcontenti: respõdit cardinalis Reginaldus: beatiss⁹ inquit martyr dei Stanislaus Cracouiẽ episcopus: cuius canonisatiõis apud tuã sanctitatẽ fui impeditor: hac eadẽ hora mihi cũ claritate vix ferẽda apparuit: et ignorãtie me facinore benigne correpto etiã mihi in cuidẽtissimum sue sanctitatis signum: sanitatẽ qua me ex homine pauloante infir-

mo et ad mortē iudicato pollere vides restituit: et beneficiū pro iniuria rependit: interminatus etiā vltionē si illius Canonisationi deinceps restitero. Scelere itaq; ignorātie mee apud te recognito: et in viri beatissimi Stanislai canonisationi pronus eo et pro illius acceleratiōe supplex ad pedes tuos ne diutius illā differas procumbo: intercessionē etiā suam pro lapsu in terrā testando. Effectus aūt huius miraculi quaslibet relationes et prodigia que superius in auribus summipontificis et patrū cōscriptorum recitabantur ꝓponderans et quantalibet depositiōe solēnior atq; liquidior ambigua et mutantia cardinalium et ceterorū prelatorū curiā apostolicā sequētiū pectora ad interpellandū pro viri sancti dei Stanislai canonisatiōe accendit. Qui primū siquidē id miraculū in Perusinorū vrbe grauido et celebri sermone vulgatū esset et omniū mentes atq; pectora polonorū precipue et nunciorū Cracouiēsi ecclesie canonisationē sancti dei solicitantiū admiratione inestimabili et gaudio immenso fore nt perculsa: omnes virū dei Stanislaū certatim canonisatione dignissimū depromebant. Sed et papa Innocencius cetus quoq; cardinaliū prodigio quod in Reginaldo cardinali cōtigerat permoti omnibus impedimētis que tam dyabolicis q̄ humanis interponebant cōmentis penit⁹ circumscriptis et quasi quodā sole siccatis: nihil vltra cūctandū rati: virū dei Stanislaū in sua sanctitate gloriosum et magnificū canonisandū decernūt: diem quoq; natiuitatis domie nostre virginis benedicte Marie que tempori quo ea agebant extrabat vicinior in Assisiorum ecclesia et in ciuitate qua vir seraphicus Frācisc⁹ corporaliter requieseit. Illuc etiā papa Innocencius venturū se firmauerat cōstituūt. Ita verbū Joānis Gaietani cardinalis ad nūcios Cracouiēsi ecclesie fortuito prolatum in effectū noratū est prodijsse. Voluit reor nō fortuna sed prouidentia diuina eam ipsam que ingesta fuerat difficultatē: sed et tāti temporis quod efluxerat tarditatē atq; morā non impedimētum fore ex canonisatione sancti dei prouenturi muneris: sed probationē et documentum certioris atq; liquidioris sue glorificationis. Verificari aūt et defendi ea res potest quam scribo: si quis forte illā fantasticā aut cōmentitiā putet per originalem litterā a ꝓdicto Joanne Gaietani cardinali Prandorhe epō et capitulo Cracouiēsi in pergameno scriptā per nos frequēti⁹ visam et cōtractā in scrinijs Cracouiēsi ecclie repositā. Cui⁹ tale extat explembar.

Capitulum quintum

Venerabili in chro patri et amico charissimo epō Cracouiēsi et ciusdē ecclesie capitulo: frater Joānes miseratiōe diuina

titulī sancti Laurentij in Lucina presbiter cardinalis Salutem et polox regem gloriosō laudum venerari preconio qui finitimū gregē ouilis dominici de insigni decorauit martyre Stanislao. O iocundū diuine pietatis iudiciū q Boleslaus vincendo vincitur dum ex eius crudeli ministerio prothomartyr polonis egregius mirifice ministrat: gratulet Cracouia se tantis prodigijs feliciter illustratā splendoribus et ita coruscanti bus insignitā vndiq miraculis quox multitudinis sufficiēs est aceruus: leretur ecclesia kathedralis cui iustus titulus et bona fides glebam sancti preciosam totaliter appropinquauit cū prescriptione longi tēporis ex cuius felici presentia non solum accrescit loco sanctitas: sed ex crebra populi cōfluentia fame fecunditas et honoris. Gaudete vos t exultate specialiter qui quadriennio iam elapso pro tanti patris canonisatione totis viribus laborastis vt adscriberet sanctox cathalogo cōstitueū procuratorem ad hoc ecclesie vestre prepositū virū oculate discretionis et omni circūspectione ꝓuidū qui constanter laborauit fideliter in curia ꝓsequēs negociū nisu toto. Sed quot afflictionibus et angustijs affectus extiterit in ipsa pro secutione cum collega sibi deputato nō est nobis facultas presentibus exprimere quoniā lingua deficeret nec sufficeret calam⁹: nec algorismus inuentor algorismi cum suis radicū extractionibus: aduersitates quas passi sunt possit efficaciter exarare. Nam si liceret obuiantiū negocia per acutos obices et dentatas obiectiones seriatim per ordinē prout se habet veritas distinguēdo describere vix haberet numerus in millenario tantas difficultates audientiū qui permonstruosis rerū pplexitatibus veller fiduciā narratibus adhibere: frequenter enim contigit quod cōsumatū vel quasi coniecturis probabilibus estimabat negocium et tunc ex obrupto supuenit tempestas impeditiua processus habiti que de facto cōsumpsit qō ratio predixerat cōsumatū. Sic saturni motus experti sunt per effectū: qui planeta dicit maliuolus procedens et recedēs ordine retrogrado et sic longanimiter exercuerūt curie studiū q multū profecti sunt et parū profecerūt infra triennīū non habente brauiū cursu suo. Tandē vo cū rediisset frater Jacobus legatus fidelis: et negocij firma sanitas vix obtenta fuerit ad referendū particularis audiētia q̄ vis ipse vidisset curatos et examinasset inquisitores primarios qui processerant in omnibus fide bona. Nos vo finaliter stupefacti de tanta congerie probationū nō admissa prepositō ꝓcuratori diximus quasi paraboli ce. Necessariū habet sctūs vester: vnū finaliter opari miraculū q discordantis in miraculis mirabiliter faciat ꝓcordare. Et factū est q vbi morbus grauior ibi salus est suborta propinquior: et subito prius discordes

conuersi sunt vnanimiter ad concordiatē cōcordie decernentes. vnifor-
miter talem virū Canonisatione dignissimū: et per ea que fecit miracula
quorum extat luculenta probacio veraciter esse sanctū. Sane prefatum
procuratorem et collegam ipsius pro sua multiplici diligentia vestre di
lectioni recōmendamus multipliciter. Nam nostra interest q honorent
qui nobis astiterunt in agone certaminis et q tractentur per nos tanq̄
bene meriti saltem pro nostro nomine reuerētur. Quicquid enim honor-
is fauoris vel gratie dictis amicis nostris: tum pro sua probitate: tum
pro nostro precamine per vos exhibitum nobis impensum esse generali
ter estimabimus: et ad ecclesie nostre defensionē et cōseruationē in suis
iuribus nostrā vobis exilem potentiā ad diligentē ipsorum instantiam
liberaliter presentibus. Valete in domino Jesu christo.

Capitulum sextum.

Natalis domine nostre excellentissime virginis Marie adue-
niente Summus pontifex Innocentius quartus cū collegio
cardinaliū et multitudine prelatorum ex diuersis prouincijs
et regnis in basilicā sancti Francisci in Assisio ex pallacio apo-
stolico canonisationē beati viri Stanislai Cracouiensi episcopi expletur⁹
descendit Illāq̄ multitudine plebis que futura viri dei Stanislai cano-
nisatione vulgata pene ex omni italia cōfluxerat refertā reperit. Quo in
ecclesia prefata rem diuinā solenniter paragēte pietas agni celestis ipsi
summo pontifici Innocencio quanti meriti sanctus canonisandus apud
se foret innotuit. Adolescens enim quidā ex Assisio Joannes in ipo cano
nisationis articulo ad ecclesiam sancti Francisci parentib⁹ fratribus et
necessarijs magno eiulatu mortem immaturā deplorātibus inferebatur
aut tumulandus aut meritis sancti canonisandi vitificandus: propinqs
itaq̄ parentibus et cognatis pro eius resuscitatione obsecrationes et vo
ces assiduas emittentibus Innocencius papa ante altare cui insistebat
prostratus fudit orationem suam in hec verba. O clementissime domi
ne ea que de viro beatissimo Stanislao Cracouiensi pontifice martyre tuo
in nostro conspectu enarrata sunt veritate quemadmodum humana ha
bet credulitas nituntur: declara queso hodie nouum sanctum a me cano
nisandum nouo signo: et per resuscitationem presentis mortui sanctita-
tem ipsius in conspectu populi astantis magnifica et illustra. Vix ponti-
fex summus orandi finem fecerat: et defunctus nunciatur ad vitam re-
disse. Tunc itaq̄ omnibus et stupentibus et gaudentibus ad denteq̄ ce
reos et luminaria accensa vt ecclesiam continenti incendio arsisse puta-

kes gestantibus. Sumus pontifex missarum solēnia prosequitur. Quib⁹ expletis sermone in longū de vita martyrio et miraculis beatissimi Stanislai pronunciato kathedram eminentiorem summus pontifex conscendens beatissimum martyrem Stanislaum et gloriosum Cracouien Antistitem canonisat et sanctum in conspectu dei et hominum denuncians sanctorum ascribit tam numero q̄ cathalogo: mandans festum eius et natalis sui diem octauo idus Maij quo die felici cruore consumatus est ab vniuersa katholica ecclesia inter preclaras martyrū festiuitates solēniter t cū debita veneratione quotannis celebrari: decernens diē illū omnibus regibus: pontificibus: principibus: optimatibus: nobilib⁹: ordinibus: dignitatibus et vniuersorum polonorum generi fore solennem et festiuum: presentibus autem omnibus Annū vnū et dies quadraginta de indulgentiarū thesauro largitus est: orationem insuper de prefato sancto Stanislao tangens in ea ipsius sanctitatis gloriosa merita edidit et per se publice pnūciauit: que incipit. Populū tuū quesumus dñe inter cedente beato Stanislao. Non destitit deniq̄ omipotētis dei puidētia dum canonisationis parageret opus mirificare dilectū suū Stanislaum beatissimū. Nam in ipso canonisationis et pronunciationis sue articulo Innocencio papa cōsistente adhuc in kathedra vexillum de rubeo colore et puniceo contextū pontificalē psonā habens pro insigni in alto pendens angelico gestatū ministerio apparuit a plurib⁹ christifidelib⁹ q̄bus id clemētia diuina reuelare voluit non sine admiratione cōspectū rubeo coloze sanguinis effusionē significās t pontificali psona beatissimū Stanislaū aptissime figurās: fabricata insup est et in beatissimi Stanislai decus et gloriā et in illius canonisationis reminiscentiā phennē in latere t intra ecclesiam sci Francisci in editiori loco pendicularis Capella a nobis aliquotiens frequētata atq̄ visa. In qua suū gloriosum martyrium extat desculptum. Omnibus aūt rite perfectis cantico Te deum laudamus a summopōtifice inchoato et a clero vniuerso ad finē expleto facta est t generalis candelarū in hoies vtriusq̄ sexus qui conuenerāt distributio: adeo liberalis et prodiga vt illius liberalitatē singuli restarentur: se nullo vnq̄ tempore vidisse: sed nec ab etate defluxa audisse. In hūc modum vere beatissimus polonorū patronus et Cracouien antistes qui septuagintaquinq̄ et centum annis absq̄ canonisationis honore delituerat. Non tam summi pontificis et vniuersalis ecclesie iudicio q̄ celesti demonstratione t signo inter sanctas animas et diuinitatis participes translatus est. In hūc modū inter celsissima sydera in firmamento celesti lucentia annumeratus. In hūc modū inter homines diuinos relatus: in

quorum omnium euidentiam pleniorem etiam canonizationis litterarū quas Cracouiēsi retinet ecclesia exemplar quod est tale inseruimus.

Capitulum septimum.

INnocencius episcopus seruus seruoꝝ dei: Venerabilibus fratribus archiepō Gneznēn et eius suffraganeis Salutē et apostolicā benedictionē. Olim a gentiliū oculis tenebraꝝ detersa caligine et ab eoꝝ cordibus infidelitatis gelide hyeme recedente vernalis ex eo successit amenitas redolentiū florū venustate decoraꝝ ecclesie prius deserte ac sterili filij deuotione precipui: vallo quoq; constantie premuniti nascunt: qui vt flores primcui et diffusam spirant suauitatem odoris: et vberioris per dei gratiā fructū sibi proferūt honestatis: sicq; filioꝝ sibi multitudine proueniēte innumera: suiq; loco a mari vsq; ad mare terminoꝝ dilatato infra ipsius inualuit terminos vox turturis gemitus ac doloris: dum seua muresces crudelitas tirannoꝝ ydolis exterminio traditis ad lamenta penitentie suffragāte illo cuius stupēda sunt opera mirifice se conuertit. Gaudeat itaq; ob hoc ipa ecclesia que pro prose detrimenta sterilitatis abijciens salubris incrementa fertilitatis suscepit ac nuptiali federe nunc illi gratiosa cōiungit a quo prius q̄ esset assumpta de gentibus innumerat se desertā: letetur igit et emule sue deterrestri etiā electe Jherusalē synagoge videlicet dudū sibi huiusmodi sterilitatis incomoda impingenti secura respondeat q̄ iam sue prolis fecunditate celestis muri Jherusalē cicatrix obducit: et que antiqui habitatores vacua domicilia reliquerūt: ipa sue vniuersitatis illustradit presentia felici postmodū pfectione sui atq; integritate gaudente: porro ne huiusmodi exuberante leticia quispiā in valle miserie morientiū terra requiē posset sibi pollicerī primā cui⁹ vita est aduersus inimicoꝝ ingruentia bella exteroꝝ castra milicia sup terrā ac ne pdicta ecclia que mater est cunctoꝝ fideliū materne cōditionis expers existeret: si solitas presertim in partu quorundā filioꝝ suoꝝ matrū parientiū molestias non subiret: interdum instaurat quodā modo sibi aduersitas oportuna: sicut in passiōe pie memorie beati Stanislai Cracouiēsi episcopi cuius meritis pfata refulget ecclesia patuit euidenter. Cum enim idem in sortē pontificalis ministerij digne vocatus a domino super gregis sibi commissi prudēter custodiam vigilaret hostium sagaciter explorauit insidias malignantium anticipauit consilia: emuliq; nostri deprehendens laqueos ipsius caute reciacula diſsoluebat. Hic nempe pro suis emib⁹ coꝝ suū tradiderat ad vigilandū diluculo; vt si quē graui forte depbenderet tēptatione cōcussum

mox vbere consolatiõis adhibito eum erigeret desolatũ: et quẽ in bono perficientem aduerteret eum gratulationis vbere protinus confortaret vt nõ minus per hoc deficiẽtib⁹ q̃s pficientib⁹ subditis seclaris indicijs ostenderet esse matrẽ. Hex cũ nõ sine interne mẽtis angustia regẽ polo nox noie Boleslaũ int antũ horrendis voluptatib⁹ subiici: carnis quoq; nephandis illecebris cerneret eneruari: vt in passiones ignominie traditus et inhumanis cõtumelijs afficiẽs corpus suũ mulierũ mamillis auul sis: proprijs exinde liberis catulos apponeret miserabiliter educãdos: ne execrandã fouere malicia et iniquitati eiusdẽ regis videretur: prefatus pontifex per dissimulationẽ fauere post q̃s ipsum a premissis flagicijs sedula et paterna correctione euocare non potuit in ipm cõsulte medicinalem petri gladiũ exercuit in spiritu lenitatis: sperãs vt percussus dolẽs ad percutientẽ se in humilitate rediret dominũ exercituũ suppliciter requirendo: sed ipse indurato corde medicinã exhorrens et increpationẽ abhominans discipline imo malleũ velut stipulam reputãs: non solũ nulla penitudine se correxit verũ etiã ad peiora in sue damnationis cumulum prouocatus iuxta aram non ordini nõ loco nec tẽpori deferens: ausus pontificalibus indutũ antistitẽ per suos satellites diris corporis cruciatib⁹ deputari: sed quotiens ipsi in eum irruere temptant totiens cõpuncti totiens manuescunt prostrati: et tuncidem rex sue inseruiens impetuosus tirannidi manus in eum cõuertit sacrilegas: sponsum e gremio sponse pastorem abstrahit de ouili: patrẽ inter filie amplexus et filiũ in viscera pene obtrũcauit maternis: faciẽs irritatus atrocitati ferali: ipsius proch dolor corpus inhumaniter in frusta cõcidi velut singulis membror̃ partibus pene inflictio deberek. Sed ille apud quẽ patientia pauperũ nõ peribit in finẽ: non solũ rutillantibus huiusmodi sacratissimi corporis partes splendoribus illustrauit verũ etiã ipm nullo in eo cicatricis apparentẽ vestigio integritati restituẽs aquilax suax p̃sidio: miraculose a ferarũ morsib⁹ p̃seruauit. Sustato denicx acerrime ob zelũ iusticie calice passionis cũ ab eodẽ tirãno toraliter putarek ꝓsumptus: ecce vt lucifer ouk et quasi meridionalis fulgor in firmamento cõsurgit ꝓpter qõ eius faciẽ in suis nõnulli necessitatib⁹ deuotissime depcank. Ipse quidẽ defossus securus dormit: requiescit: et nõ est qui iam ipm exterreat: Nec mirũ quia ciuitatẽ illam honoris et glorie corona insignitus inhabitat vbi est mansio secura populus sine murmure ac patria totũ id continens quod delectat: verũ ne militans ecclesia de tali et tanto patrono sic atrociter sibi subtracto incõsolabiliter quasi gemitus singultuosos emitteret si beneficium ipsius affluentia eum non cõtingeret sepius delectabiliter irrigari

ecce glorioſus in ſanctis ſuis dñs: volens eiusdē patris plenitudinē glorie indicijs exprimere manifeſtis et pītolanti ecclie grata pferre sup hoc recreatiōis remedia tor et tātis fecit ipm famosis miracl'is coruscare. De quibus facta nobis et fratrib⁹ nostris put debuit p teſtes idoneos plena fides exitit. Qui eius inter ſctōs ceteros implorare subsidiū reputauimus merito nō indignū: nam mortuis vita: lumē cecis: auditus surdis: verbū mutis: claudis greſſus: epilenticis cerebri robur: et demoniacis immūdis ab eis electis ſpiritib⁹ corpor reſes ad eius inuocationē nois celesti dextera subito cōferunt: ppter qō ne huiusmodi rutillantem lucernam sub modio periculose abscondi contingeret: quā idem dominꝰ tor mirificis signis recte dispoſuit super ecclesie candelabrum honorifice collocari pſertim cum ex hoc ignorantium deum propellant tenebre confundatur peruersum hereticorum dogmat: et fidelium beata credulitas augeatur eorundem fratrum necnon prelatorum tūc apud sedē apostolicam existentium communicato consilio: predictum beatum Stanislaum episcopum digne sanctorum catbalogo duximus ascribēdū. Quocirca vniuersitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mādamus quatēnus octauo idus Maij die videlicet quo mortis absolutus vinculo victurus perhenniter ad fontem superne prodijt voluptatis festum eiusdem prout miranda ipsius meritorum magnitudo exigit: celebretis: et faciatis solemnit er celebrari: vt id vobis de thesauris celestib⁹ eius pia intercessione proueniat. Quod ipse prestāte domino percepisse dinoscitur et possidere perpetuo gloriatur. Ceterum vt vniuersitati fidelium inuisibilis aule consequendi delicias excouceſſa nobis potestate desuper propiciare domino sit facultas: quinimo et vt nomen exaltetur altissimi sponte suam venerabilem sepulturam fidelium procuremus accessibus frequentari: omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictam sepulturam in memorato festo et vsq; ad octauas ipsius causa deuotionis accesserint. Annuatim ipsius suffragia petituri de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum eius auctoritate confisi vnum annum et quadraginta dies: accedentibus xō annis singulis ad predictum sepulcrum infra eiusdem festi quindenam quadraginta dies de iniuncta sibi penitētia misericorditer relaxamus. Datum Aſiſij quindecimo kalendas Octobris: pontificat⁹ nostri anno vndecimo.

Capitulum octauum.

INnocencius episcopus seruus seruorū dei. Venerabil'ib⁹ fratribus patriarchis Archiepis et Episcopis ac dilectis filijs

nobilibus viris ducibus polonie: abbatibus: prepositis: decanis: archidiaconis: archipresbiteris ac aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste peruenerint Salutem et apostolicam benedictionem. Olim a gentilium oculis tenebrarum detersa caligine ac ab eorum cordibus infidelitatis gelide hyeme secedente vernalis ex eo successit amenitas redolentium florum venustate decora. Quę ecclesie prius deserte ac sterili filij deuotione precipui: valloq; constantie premuniti nascuntur qui vt flores primeui et diffusam spirant suauitatem odoris et vberioris per dei gratiam fructum sibi proferunt honestatis: sic q; filiorum sibi multitudine prouenientem innumera: suiq; loco a mare vsq; ad mare tentorij dilatato infra ipsius inualuit terminos vox turturis gemitus ac doloris dum seua mi tescens tirannorum crudelitas ydolis ex termínio traditis ad lementa penitentie suffragante illo cuius stupenda sunt opera mirifice se conuertit. Gaudeat itaq; ob hoc ipsa ecclesia que prohrose detrimenta sterilitatis abijciens salubris incrementa fertilitatis suscepit: ac nupt ali fedęre nunc illi gratiosa coniungitur: a quo prius q; esset assumpta de gentibus inuenerat se disci tam: leretur igitur et emuleq; sue de terrestri etiam eiecte Jherusalem sinagoge videlicet dudum sibi huiusmodi sterilitatis incommoda impingenti secura respondeat: q; iam sue prolis fecunditate celestis muri Jherusalem cicatrix obducitur: et que antiqui habitatores vacua domicilia relinquerũt: ipsa sue vniuersitatis illustrabit presentia: felici postmodum perfectione sui atq; integritate gaudẽte: porro ne huiusmodi exuberante letitia in valle miserie morientiũ terra requiẽ posset sibi polliceri continuã: cuius vita est aduersus inimicorũ ingruentia bella exterorum castra militia super terram: ac ne predicta ecclesia que mater est cunctorum fidelium materne conditionis expers existeret: si solitas presertim in partu quorundam filiorum suorum matrum parientiũ molestias non subiret interdũ instauratur quodãmodo sibi aduersitas opportuna. Sicut in passione pie memorie beati Stanislai Cracouiensi episcopi cuius meritis prefata refulget ecclesia patuit euidẽter. Cum eñ idem in sortẽ pontificalis ministerij digne vocatus a dño super gregis sibi commissi prudenter custodiam vigilaret: hostium sagaciter exploraret insidias malignantium anticipauit consilia: emuliq; nostri deprehendens laqueos ipsius caute reciacula dissoluebat. Ipse nempe pro suis ouibus cor suum tradiderat ad vigilandum diluculo: vt si quem graui forte deprehenderet temptatione cõcussum: mox vbere consolationis adhibito eum erigeret desolatum: et quem in bono proficientem aduerteret: gratulationis vbere protinus confortaret vt non minus per hoc deficien-

tibus ꝙ̄ p̄ficiẽtibus subditis se claris indicijs ostenderet esse matrem verum cum non sine interne mentis angustia polonozū regem noie Boleslaum intantū horrendis voluptatibus subijci carnisq; nephandis illecebris cerneret eneruari vt in passiones ignominie traditus et inhumanis contumelijs afficiens corpus suum mulierū mamillis auulsis: exinde liberis catulos apponeret miserabiliter educandos: ne execrandam fouere malicia et iniquitati eiusdē videret: prefatus pōtifex per dissimulationem fauere post ꝙ̄ ipsum a premissis flagicijs sedula et paterna correctione euocare non potuit in ipsum consulte medicinalē petri gladiū exercuit et in ſpiritu leuitatis sperans vt percussus dolens ad percutientem se in humilitate rediret dominū exercituū supplices requirendo: sed ipse indurato corde medicinā exhorrens et increpationem abhominās imo malleū velut stipulam reputans: non solum nulla penitudine se correxit verū etiā ad peiora in sue dampnatiōis cumulū prouocatus iuxta aram non ordini non loco nec tempori deferens: iussit pontificalibus indutum antistitē per suos satellites diris corporis cruciatib⁹ deputari. Sed ipsi quotiens in eum irruere temptant totiēs compuncti totiēs mansuescūt prostrati: et tunc idē rex sue inseruiens impetuosus tirānidi manus in eū conuertit sacrilegas: sponsum e gremio sponse pastorē abstrahit de ouili patrē inter filie amplexus t filiū in viscera pene obtruncauit materna: faciens irritatus atrocitate ferali: ipsius proch dolor corpus inhumaniter infrusta concidi velut singulis membrorū partib⁹ pene inflictio deberetur. Sed ille apud quē patientia pauperū non peribit in finē: non solum rutilantibus huiusmodi sacratissimi corporis partes splendoribus illustrauit verūetiā ipsum nullo in eo cicatricis apparente vestigio integritati restituens aquilarū suarū presidio miraculose a ferarū morsibus preseruauit. Gustato denicq; acerrime ob zelū iusticie calice passionis cū ab eodem tiranno totaliter putaretur cōsumptus: ecce vt lucifer oritur et quasi meridianus fulgor infirmamento consurgit: propter quod eius faciem in suis nonnulli necessitatibus deuotissime deprecant. Ipse quidē defossus securus dormit: requiescit: et nō est qui iam ipm exterreat: Nec mirum quia ciuitatē illā honoris et glorie corona insignitus inhabitat: vbi est mansio secura populus sine murmure; ac patria totū id continēs quod delectat. Verū ne militaris eccl'ia de tali ac tāto patrono sic atrociter sibi subtracto inconsolabiliter quasi gemitus singultuosos emitteret si beneficioz ipius affluentia eam nō cōtingeret sepius delectabiliter irrigari. Ecce glorioſus in sanctis suis dns volens eiusdē patris plenitudinē glorie indicijs exprimere manifestis et pstolanti ecclesie grata ꝓferre

super hoc recreationis remedia tot et tantis fecit ipsum famosis miraculis coruscare: de quibus facta nobis et fratribꝰ nostris put debuit per testes idoneos plena fides extitit q̄ eius inter sanctos ceteros implorare subsidiū reputauimus merito nō indignū. Nam mortuis vitā: lumen cecis: auditus surdis: verbū mutis: claudis gressus: epilenticis cerebri robur: et demoniacis immūdis ab eis electis spiritibꝰ: corpoꝝ requies ad eius inuocationē nois celesti dextera subito cōferunt: ꝓpter qō ne huiusmodi lucernā rutillantē sub modio periculose abscondi cōtingeret: quam idē dñs tot mirificis signis recte disposuit sup ecclesie candelabrū honorifice collocari: presertim cū ex hoc ignorantiū deū ꝓpellant tenebre: cō fundatur peruersum hereticoꝝ dogma: et fidelium beata credulitas augeatur. eorundem fratrū necnō et prelatorū tūc apud sedē apostolicā existentium cōmunicato consilio predictum beatum Stanislauz episcopū dignum sanctoꝝ cathalogo duximus asscribendum. Cum itaq̄ et si alibi in vestris precipue partibus prefatus btūs Stanislaus medicus sit effectus egrotis q̄pluribus: put eoꝝ causa languoris exigerat pigmēta sua uitatis et vnctiones cōficiens sanitatis velut ipsius a varijs curari morbis meritis protestantur publice et rei euidentia manifestat. Nobilitatem et vniuersitatē vestrā rogamus monemꝰ et hortamur attente quatenus iuxta verbū sapientis vos ad honorē medici sedulis exhortationibus inuitantis: sic ipsius sancti festum honorificentia debita studiosi venerari curetis q̄ et in prosperitatis statu cōseruari possitis incolumes et ab imminentibus pestibus si quod absit scōm hominē vtrūq̄ ingruerit eius patrocinio liberari. Datū Assisij quintodecimo kalendas Octobris: pontificatus nostri Anno vndecimo.

Capitulum nonum.

QRacouien ecclesie nūcijs videlicz magistro Jacobo de Skarzeschow decanoꝝ et Gerardo canonico Cracouien cum fratribus p̄dicatoribꝰ et minoribus ex curia Romana redeuntibus et litteras canonisationis secum ferentibꝰ Cracouien vrbem ingressuris omnis plebs effusa est. Prandorba quoq̄ Cracouien episcopus et vniuersus clerus p̄cessione oīm vrbis Cracouien ecclesiaꝝ honore illos excepit: digni prorsus quibus honos ille velut athletis et triumphatoribus ac longo peregrinationis labore fessis: publicū insup comodum referentibus impenderetur: felicissimi certe quibus labor ille et premiorum fructus in eorum dies et tempora seruatus: obtigit sempiterna insuper memoria apud polonos dignissimi qui tot difficultates

euicerant tot impedimenta soluerant tot labores passionesq; conculcauerant. Ad leuandum autem ossa beatissimi Stanislai de tumulo ad pconisandum in polonica ecclesia eius canonisationē octauū diē Maij quo festum eiusdem a pontifice Romano celebrari sanccitum est Prandotha episcopus indixit: et per vniuersam polonorum regionē: vicinasq; puincias pdicari et vulgari ordinauit. Quo quidē die aduenīte ex oibus polonorū oris: sed et ex hungarie regno tanta multitudo plebis in Cracouiesi vrbē cōuenit vt homines aduenas vrbs tanta nō caperet sed et in campis pratisq; gregatim turbe starent. Confluxerāt insup ad huiusmodi solennitatē eleuatiōis ossiū sctōr explendā plures ex polonicis sedib⁹ antistites videlicz Fulko Gnezneñ archiepūs: Opizo abbas de melzano: Apostolicus nunci⁹: Prandotha Cracouieñ: Thomas Cratislauiesi Wolfirus wladislauiesi: Bogusla⁹ Poznaniesi: Andreas Ploceñ: Beruardus Ruthenor: Vitus Lithuanor episcopi. Itē abbates prepositi decani ceteriq; prelati et canonici ac ecclesiar parrochialiū rectores et vniuersi religiosi ex Cracouieñ ciuitate et diocesi: et aliar polonice ecclesiarū: Culmeñ Po Lubuceñ et Camijeneñ epōs occupatio retraxerat. Conuenerantq; principes polonor videlicet Boleslaus pudicus Cracouieñ et Sandomiriesi dux polonor et monarcha: Przemislaus maioris polonie et Poznaniesi kazimirius Cuiauiesi et Lancicieñ. Semouithus Mazouie: et wladislaus Opolieñ duces. Sub quor pñtia et populi multitudine infinita, ossa viri scti Stanislai ex tumulo prope portā meridionalē in ecclesia Cracouieñ cōsistente a pontificib⁹ qui cōuenerāt vino lota et leuata sunt z populo plaudēte atq; vociferāte: patrociniūq; sanctor implorāte ostensa: ac deinde in ecclias kathedrales puentuales et collegiatas aliasq; pncipaliores porcio illor capite brachijs pectore et alijs insignioribus apud Cracouieñ ecclesiā cū cineribus sacri corporis remanētib⁹ distributa. Ecclesie tñ Gnezneñ quo et in hanc diē gloriatur sancti pontificis cessit anulus titulū illius et vultū pferens rarū z venerabile insigne. Ex eo aūt et deinceps tpe in oīi polonica ecclesia et in singulis eius diocesibus: in pleriscq; vrbibus: opidis: castris: villis atq; vicis: plures numero parrochiales cōuentuales et collegiate ecclesie altaria prebēde in honorē titulū atq; dectis brissimi Stanislai fundate dotate et erecte sunt: et vsq; in presens fundant et erigunt. In etate quoq; que nostrā paululū pcessit dum Lithuanie et Samagicie gentes opera wladislai scōi polonor regis ad iura christianitatis ab ydolatrie cultibus cōuerse forent. Cathedralis ecclesia apud Vilnā in Lithuania beatissimo Stanislao dicata est: atq; in vniuerso polonie regno z prouincijs

lli subiectis maximum et celeberrimū est Staniſlai nomen; maximuſq; illi honos et cultus ab vniuerſis defertur.

Capitulum decimum.

Opulis diuerſarū regionū linguarū atq; nationū vtriuſq; ſexus ad celebritates natalicij beati Staniſlai quoniā longe lateq; poſtea q̄ canoniſatus eſt: ſanctitatis ſue vulgata fuerat ſublimitas: celebriſq; apud vniuerſos habebat in Craco uiam pgentibus frequēti cōcurſu nomē et tumulū honoraturis. Cōtigit inter alios Stephanū de hūgaria virū vrbanū cū cōiuge et tenellis pueris omniq; domus ſue familia: qui ſingulari fide deuotione ac religiōe in ſanctū dei Staniſlaū ferebat ad limina eiuſdē beati martyris proficiſci Quadriga et equo vno imbellem puerorū eratē ſarcinas quoq; et victu alia cetera q̄ ſubuehentem. Quam Stephanus ipe pedeſtri itinere cum coniuge expeditus ipſe et liber precedebat. Quo in alpibus qui poloniā a pannonijs diſterminat conſtituto et iam fines polonicos contingente Equus quadrigā vehens in terrā prolapſus ſubita morte eſt extinctus: quem auriga eius decoriatum pelle humeris ſupimpoſita velocius quo poterat herum ſuū ſequebatur: quo cōſecuto: fatigatus enim ex itinere quadrigam opperiendo Stephanus cum coniuge iuxta viam reſidebat. Dum equum extinctum et quadrigam a ſe apud alpes relictam nunciaſſet: grauis turbatio atq; meror hominē inceſſit: non tam q̄ damnum perceperit q̄ quia pignora ſua et ſarcinas cum victualibus in quem conferret locum non inueniebat: ferre vo humeris durum atq; onerosum iudicabat: atq; in hunc modum fluctuantē vario eſtu mentis et pluſq; ex medio itinere in penates proprios reuerti diſponentem: ſagax et prouida femina vxor illius ſalubri vſa conſilio conſolans ab inceptis ceſſare coegit dicens. Non erit inquit hoc tibi et mihi domine mi vt contribulibꝰ noſtris ad ſolennitatem beatiſſimi Staniſlai letis animis currētibꝰ nos propter vnius equi mortem abeamus retrorſum: et noſipſos bono preſenti atq; futuro priuemus pudorem a contribulibus habituri. Si enim alius modus deerit: ſaltem ſarcinis et victualibus relictis: pueros feremus in humeris beatiſſimo Staniſlao ſi nos fatigatum iri et ſubliſtere contigerit illos cōmendaturi. Ad bonam mentem ſermonibus coniugis ſue vir fidelis reductus dum itinere reſumpto cum pueris vna ſimul et auriga pellē equinā in palo geſtāte pergerēt et de equi ſui ſubita extinctione ſermonē in longū extraxiſſent equū ſoluagū hinientē ꝛ p humera diſcurrētē ex obuio cōſpiciūt: quē et p colorē et corporis diſpoſitionē

atq; hinitum mulier illico agnoscens virū suū alloquens. Conpertū inquit p;o veritate habeo q; is equus aut noster est aut talis qui nostrum omnibus exprimit lineamentis: Quā Stephanus irridens ait: q; stulta; inquit estimatione deciperis et quedā fantastica somnia meditaris vt equū nostrū credas viuū currere:cuius nos ex mortuo cadauere detractā pellē certū est gestare:atq; ad aurigā pellē iudice demōstraturus aspexit:quā cū nō reperisset quo nam pellis euasisset aurigam indagare cepit. Tum et auriga ad baculū quo pellē gestabat versus satis secū q; pellē tulisset aut quō decidisset ex baculo mirabat:req;sit; deinde a Stephano an equū qui ad se venerat agnosceret:satis quid responderet hesitabat:sciens se equū tam moribundū q; mortuū ꝓpe alpes reliquisse et pellē detractā ex cadauere attulisse. Quo tū pellis euanuerit aut quemō de manib; suis delapsa sit nulla ratione poterat suspicari. Admirationis itaq; et dubitatiōis causa satis diu inter se certatim ventillata ad equū qui et ipe dominos suos a quib; altius fuerat visus recognoscere se illis familiarius iūgebat:propius accedūt et recentib; stigmatibus atq; inciſuris sanguie etiā interlitis quas auriga pellē cadauer detrahens culter cōfecerat cōspectis cū ingenti admiratiōe suū esse recognoscēt es exclamant In veritate hic equus noster est In veritate beatissimi Stanislai meritū maximū est:qui etiā ea que nec quidē optare ausi essemus contulit nō rogatus exhibens se suis deuotis famulis in q̄buslibet eox necessitatibus mirificū adiutorē qui equo nostro et vitam reddidit et pellē qui etiā in iumētox resuscitatione potēs et miraculis clemēs ac ꝓpicius voluit agnosci. Cōprehenso itaq; equo et infrenato ad locū in quo quadriga relicta fuerat reuertunt. Cadauere quoq; equi nusq; reperto gō illic se auriga sciebat pelle vacuū dimisisse Quadrigā iunctā equo conuehūt et tam pignoriby q; oīni sua supellectili in quadrigā reimpositis Cracouiam leti et alacres aduenīūt:votisq; ad sepulcrū beatissimi Stanislai cuz magna deuotione psolutis equū a btō Stanislao mirabiliter viuificatū recētibus caureriatū stigmatib; vniuersis ostendūt. Et quāta illis beatissimus Stanisla; pstiterit magnalia coz cūctis in ꝓpatulo edicūt. In memoriā q; tā insoliti ꝓdigij equū cera effigiatū ad sepulcrū beatissimi Stanislai relicto in penates suos ouātes reuersi apud vniuersos pannonios q; potēter q; clemēter et ꝓpicie brissim; Stanisla; Cracouiēsi episcopus suis supplicibus ferat solacia celebri sermone:sermonē ipox equo viuificato et cicatribus insignito recentibus confirmante vulgarunt.

Capitulum vndecimum.

Anno domini Millesimoquadringentesimotricesimo in opido Bijecz Cracouien diocesis Joannis pistoris filiolam biennem currus oneratus calcauit. Cui cum lesio ad mortem sufficeret immo nedum sibi sed etiam homini cuius ossa et artus plena consolidatione gauderent: infantulus iam animam ructuans ad limina sancti deuouetur Stanislai in rumpellam kazmirie et sanitati inspe rate restituit que septennis cum viua oblatione ad tumbam sancti Stanislai per parentes presentata singulis videntibus et audientibus admirationem et venerationem sancti dei Staniflai ingenerat.

Capitulum duodecimum.

Anno domini Millesimoquadringentesimotricesimoquinto: Thomek de maiori polonia de villa Crinow vir ruricola infirmitate corporis pressus animā cogente languore exalabat cui quinquies recidiuanti et agonē agenti ingerebatur lumē accensum. Morbo tandē naturā superante exanimis prosternitur et mortuus vt erat ab astantibus cognatis et amicis deploratur. Cum aūt ad sepeliendū funus se amici disponerent defuncti: frater germanus precib⁹ prohibebat sepulturā dicens. Rogate queso mecū misericordē dominū et beatū martyrē Staniflaū vt hi nepotes mei filij fratris defuncti manu illos ostentans modo non relinquantur orphani: ego enim meos vix nutrire sufficio: quomodo horū orphanor educationi intendā et cū eiulatu suo cunctos astantes ad lacrimas prouocasset omnibus orantibus et in orationibus per vnius horę spaciū perseuerantib⁹: qui mortuus fuerat reuixit: et resumpto spiritu dixit se quendā virū venerabilē sacerdocij dignitate preditū versus Prussiā cōduxisse et prosolario ductus litteram quandā et duos grossos recepisse Qui fuit et verisimiliter sibi videbatur beatus pontifex Staniflaus quē ipse ab inferis ad hoc seculum ad penitentiā perficiendā reduxit: agūtur iraq; in cōmune ab vniuersis laudes deo altissimo: et beatissimi Staniflai mirifica in auribus omniū diffundunt suffragia qui et extincto vitam contulit et merore viuentes absoluit: viuificationis autem sue Thomas preconium in Cracouiā vsq; presentialiter deferens et sui liberatoris sepulcrum ad maiorē ecclesiam adijt et vota illi supplex persoluit.

Capitulum tredecimum.

Vxor nobilis Pelcze de Borka de terra Stradien Gnezneñ dioceſis in partu laborans: partu edito mortē suffocata: et dum

veste linea ad sepeliendum induta fuisset vir astantes cum ingenti ploratu exacerbat eiulans atq; dicens: heu me miserū qs hos dirigens in pueros oculos fouebit pupillos: quis hunc educabit modo natū infantulum flere queso mecū et flentes petite deum et gloriosum martyrē Stanislaū vt miseratus non mei sed hoz pupilloz et huius vix nati infantuli cōsorti mee spacium obtineat viuendi: qui cum flexis genibus et in terrā procumbēres flentes orarent: ecce mulier cuius iam omnino emortua et extincta in qua penitus nullū vite vestigiū parebat quasi de somno suscitata suspirat et viri diligentiā collaudans se meritis beati Stanislai sanctam et vite redditam exclamat et vsq; ad eius limina simul cum infantula gratias actura perueniens stupendum sue resuscitatiōis a beatissimo Stanislao in se collatum beneficium et apud maiorem Cracouien eccle-siam et apud rumpellam cunctis in cōmune vulgauit.

Capitulum decimumquartum.

Anno domini Millesimoquadringētesimoseptuagesimoquinto vxor Mathie sartoris zakwapen dicti de Lancicia pregnās grauibus insup febribus grauiter estuans adeo his fatigata est quod longe ante aptū tempus partēdi trib⁹ videlicet et amplius mēsibus infantulū vix spirantē abortit: quod pater anxius intelligens cū lacrimis genib⁹ flexis dominū orat et sctm Stanislaū depcat vt infantulū genitū imoueritus abortū nō sinat mori ante q; fonte regenerētur baptismatis in quo si pces suas viderit exaudiri spōdet ppria in persona beati limina visitare Stanislai: vix oratione cōpleuerat: et infantulus cuius nedū immatur⁹ sz vt dictū est forte eodē die viuificat⁹ integrā adipiscit sanitatē: et nō sec⁹ q; si pfectū tps nascēdi cōpleuisset: licz nimis parue et insolite q̄litatis et state ad baptisandū deferēt et baptisat⁹ vsq; ad altez diē vixit: et demū spiritū exalās in vitā renat⁹ est sempiternā.

Capitulum decimumquintum.

Anno sequēti millesimoquadringentesimotricesimosexto eidē Mathie alius puer grauiter infirmat. Cuius infantū infirmitas inualuit vt animā a corpe videret exalasse. Qs cernens amaritudinib⁹ pater repletus genibus positis lacrimis fusis dominū exorat et sancti Stanislai implorat patrocinia vt vita restituat defuncto: deuouēs se scti Stanislai limina visitatuz quo orāte infantulus quasi de somno excitat et paruo facto interuallo sān⁹ a parēt⁹ excipitur; vota q; et precomia in sanctum dei Stanislaum persolunntur.

Capitulum decimumsextum.

Quiusdã mulieris de Cracouia filiola sexennis infirmabatur ad mortẽ Itaq; qui astabant mortis sibi imminere periculũ suspicati cereum candelam extinctam reincendunt tot vicibus autumantes ipsam moribundam: mater vo plorans et lugens ipsam promittit sistere coram deo apud ecclesiam sancti Stanislai in rupella: ad cuius voti emissionem non solum moribunda reuiuiscit sed t in plenam atq; perfectam sanitatem consurgẽs matri quidẽ merorẽ abstulit a stantibus vo stuporem vehementem ingessit.

Capitulum decimumseptimum.

Quiusdam mulieris maritus dũ infirmitate inualescente moreretur: mulier anxia et vidualitatis pertimescens orbitatẽ de mariti sanitate solicita ipm visitare limina brissimi Stanislai martyris cũ viua oblatiõe deuouet missaz de brõ Stanislao celebrari ordinare, pmittẽs mox voto emisso nec ad cõplẽdũ incepto vir reuiuiscit t pstine post modici tpis interuallũ restituit sanitati.

Capitulum decimumoctauum:

Anno domini millesimo quadringẽtesimotricesimooctauo in vigilia petri ad vincula in ciuitate Cracouiesi Agnes vxor Thome Szrzinskij sutoris filiolam in thina more solito abluebat qua lota et de lauacro deposita reclinãs eam in stramẽtis sola et iã paululũ ad quiescendũ cũ hora meridiei esset caput inclinauit et cum sopore sensus ligante fortiter obdormisset puerulus vtcũq; de stramentis reptans margines thine in qua lauabat aprehẽdit et tandẽ in eam capite deorsum et pedibus surfum elatis incidit et in quibus aqis lauabatur est submersus: euigilans autem mater et puerum in stramentis iuxta se non reperiens autumans q eum ancilla puerigerula exceptum baiularet viceuersa obdormiuit et priori somno longiorem fecit: cumq; a somno surgens et hincinde domum deambulans nihil sinistri de puero suspicata aquas de thina effundere iussisset puerulum aquis immersum et iam ad modum panni nigri propter sanguinis coagulationem denigratum et omnino mortuum videns predolore anxia fere labens moritur vix vocem attollere, sed nec verba exprimere valuit: ad quam tum vicine mulieres pcurrisset et infantulũ iã mortuũ iã extinctũ iã gelidũ palpirarẽt; illa paulisper ad se reuersa cũ ingẽti fletu et eiulatu sanctum

Staniſlaum pro ſui conſolatione acclamat et ne patiatur eā tam grauiter delinquere et ex parte viri ſui predicti quas meurebat incurrere deprecatur: et vt puerulum reſuſcitari et ſpiritū eius ipſius viſceribus reinfundi obtineat ſupplicat: pollicens ſe cum puerulo eius limina viſiturā ad quā illico vocatione et ſuplicem ſancti Staniſlai inuocatione puerulus pro mortuo ab vniuerſis habit⁹ et extinctus: cuius etiā corpuſculum iam riguerat colorē priſtinū recipere et illum tetrum mortiferūq; colorem deponere ⁊ tandē quaſi modicillum ſub pectoris loco reſpirare viſus eſt. Surgens igitur anxia mater cum aliis mulieribus puerulo arrepto ad eccleſiam ſancti Staniſlai in Rumpellā velut ſiquis a facie beſtie fugiat cucurrit: et puerulo in ara beate virginis poſito cepit priſtinas orationes repetere. Tandē puer cepit amplius notabilius reſpirare et cum Te deū laudamus ſolemniter ibidē cantaret: puer oculos aperuit et quaſi de ſomno euigilās caput volutare cepit: vix canticū Te deū laudamus cum antiphona Salue regina finit et puer ſi vnq; ita viſus fuit reperitur et incolumis in domū reportat. Quod et ſi cuiplā non videat miraculum q puer predictus breuiter in aquis exiſtens reuixit vtpote qui non dum plene extinctus fuit: ſed in hoc nō mirari nemo poteſt q tā citam et perfectam ſanitatem meritis ſancti Staniſlai fuit aſſecutus. Cunq; in ſenibus ⁊ robuſtis hominibus hoc videamus ſi aliqua corripiantur corporis moleſtia: vtputa ſi iugulent: vel ſi aquis violēter immerguntur q̄uis ſint non multū morti vicini: tamē propter corporis violētam perturbationē fiūt aliq; diu infirmi. Hic aūt infantulus q̄uis tenellus corpore q̄uis pauxillus viriḍ⁹ poſt illā tā ſuffocationē ſtatim ſanitatis plenam reportauit meritis ſancti Staniſlai recuperationem.

Capitulum decimumnonum.

Quia deus omnipotēs omnia a ſeculo mirabilia per ſe et ſanctos ſuos propter hoc facit vt miſericordiā et penitētiā ſuā hominibus innoteſceret: vt per hoc ab omnibus laudet. Unde precipit vt mirabilia que ipſe operatur hominibus predicentur et publicent. dicit enim per ꝓphetā pſalmo centeſimo ſexto. Confiteantur domino miſericordie eius filij hominū: qui verſus in eodē pſalmo quater reperit. Poſt quodlibet enim beneficiū miraculoſe filijs Iſrahel preſtitū que ibi enumerant verſus ille ingeminatur. Et ad quartam repetitionē dicit. Exaltent eum in eccleſia plebis et in kathedra ſenioris laudent eum. Deus enim nō aliud niſi laudē a nobis poſtulat. Unde dicitur in pſalmo. Si eſuriero non dicā tibi meus ēſt orbis ⁊ plenitudo

eius: et infra Immola deo sacrificiū laudis et redde altissimo vota tua. Vnde vt laudem suam in nobis augeret sanctis suis quorum corpora et reliquie nobiscū sunt multa prodigiosa mirabilia facere concessit. Certū enim in ecclesia sancti Stanislai de rumpella feria tercia proxima ante festum beate Margarethe Anno dñi millesimoquadringentesimoquadragesimo accidit miraculum relatione et laudatione dignissimū: ꝓpter quod deus in sancto suo martyre Stanislao digne glorificandus est: quoniā bonus quoniā in seculū misericordia eius. Accidit in opido Szÿwiecz Cracouiensi dioecesis laici cuiusdā ꝑetri in Mÿemÿeczskÿe wÿeprze dicti filius circiter tredecim annoꝝ mirabilē inauditā et admodū grauem incidit infirmitatē talē videlicet: ꝙ vsum videndi loquendi pariter et ambulandi amisit: taliq; egritudine constrictus est vt nec aliquod membꝝ corporis sui mouere potuit imo nec mandibulas aut linguā vt saltem ad sustentationē misere vite sue eduliū sibi porrectū masticaret: vnde plus mortuus ꝙ viuus intuentibꝰ se aparebat spūs vitalis duntaxat palpitare in pectore deprehendebat et cum languor protensior grassaret indies: parentes eum nō aliter fouere poterant nisi ꝙ tenuissimo quoq; sorbicillo ipsius labia perfundebant quod tamē vix poterat deglutire. Sic igitur non dicā semimortuus sed modicillū quidē viuus a festo sci Martini vsq; in diem patrati miraculi iacebat immobilis ꝓpter infirmitatis igitur prolixitatē et membroꝝ teneritudinē pedes ac manus ac oia mēbra corporis omnino arida contracta ac inutilia ad officia sua per oīa retinebat: parentes igitur eius hac acerba plaga afflicti quid agerēt quo medele quo edulij genere languentē reficerēt quid in illum amplius conferrent ignorabant: qui nec extenuatus poterat iudicio humano viuere nec ꝓpter spūs tenuissimi argumentū in pectore palpitantis tumulari. Quapropter mortem cui vicinissimus erat ꝙ vitā eius aperebant. Et cum in longum processissent dies: ille qui suo egrotū reseruabat sanandū presidio illis inspirauit vt eum ad limina sancti Stanislai vouerēt deferendum: quod ꝙ primū fecerūt illico gratuita dei pietas ꝛ id quod optabant dextrum fecit et optatis adiecit potiora: puer etenim ad voti emissionem per parentes facti oculos a ꝓncipio infirmitatis clausos et interim nunq; apertos aperuit: quo ipsi viso miraculo de pluri misericordia dñi et patrocinio sancti Stanislai confidentes egrotum currui imponendo Cracouiā sunt profecti. Venientes itaq; ad ecclesiam sancti Stanislai in rumpella illa que gesta erant cum puero presbiteris ecclesie pronūciāt postulantes sibi reliquias sancti Stanislai exhiberi. Ceperūt deinde lacrimosis vocibus pro sua consolatione et infirmi curatione viscerior do-

minum et sanctum Staniſlaũ deprecari: poſtq̃ igitur infirmo puero vt prius iacenti fere exanimi vndiq̃ adhibito officio oculorũ vtenti reliquie predicte ori iuncte fuiſſent protinus vinculũ lingue eius ſolutũ eſt: et vſum loquendi priſtinum recepit: pater igitur pueri indicibili gaudio repletus preſbiteros vt miſſas de ſancto Staniſlao dicerent obſecrat. Et cũ adhuc miſſarum officia agerentur puer in omnibus mẽbris ſanus apparuit et membra illa arida et contracta in priſtinã rediere ſanitatẽ. Itaq̃ finitis miſſis et gratiarũactionibus cum gaudio ineſtimabili deo et ſancto Staniſlao exhibitis puer ſanus quaſi in momento effectus cũ parentib⁹ ad propria redierunt: cuius ſanatio nõ minus videbatur mirabilis illis qui eum parum ante viderant q̃ mortui ſuſcitatio: quia non niſi vno gradu a morte tam diſtabat. Pro iſto igitur magnifico dei beneficio t gloria ſancti Staniſlai qua eum dominus coram nobis ſic coronare dignat⁹ eſt vt ad inuocationẽ ſui noſtr tactũq̃ reliquiarũ ſuaꝝ tam vicinus morti mirabiliter et ſubito curaret. deũ glorificem⁹ vt etiã perhẽnis ſue gl'e meritis eiuſdẽ participes nos efficiat chriſtus per ſecula benedictus Amen.

Capitulum vigeſimum.

Anno dñi milleſimoquadringẽteſimoquadrageſimo: accidit non minus mirandũ miraculũ q̃ laudandũ dei beneficiũ et btiſſimi martyris Staniſlai excellẽdũ digne patrocinũ. Eugenio papa quarto cõciliũ Ferrarie agẽte Joãnes Pniowſki et Clemẽs Mawoiowſkÿ canonici Cracouienſ: dum ex Ferraria peſtẽ que omnẽ Italiã occupauerat: aſcenſis apud frankolinũ in pado alias Eridano nauib⁹ in opidũ kluſcha dicionis venetoꝝ peniũt: illicq̃ ſubliſtere coacti. October eñ cui⁹ ſub tpe nauigabãt plures venetos exciuerat: longa deinde mãſione apud kluſchã fatigati: patronũ naues ,ppter notoriũ et ſuſpitionẽs qõ illis velut peritus rãnandi q̃ vẽtoꝝ denunciabat periculũ: nauigationẽ abnuentẽ ad indicẽ loci ,ptractũ nauigare cõpellũt. Cũq̃ verſus venetias nauigaturi altiora pelagi ingreſſi fuiſſent mare ſubito quẽadmodũ patronus denũciauerat cepit intumeſcere: naues quoq̃ plures nũero que trãſfretabãt mare venetoꝝ in cõſpectũ eoꝝ a vi tẽpeſtatis ꝓfracte abſorbebant. Orta ſiquidẽ ſmaniſſima tẽpeſtate oẽs mortis periculis inuoluunt: t q̃a mare furẽs indeuotũ deuotiſare cõpellit: huius hi, iſtius iſti: illius illi ſanctoꝝ ſuffragia altiſonis vocibus implorabãt. Cũ ergo cõſpectus dire mortis ante oĩm oculos obuerſaret: prefati Joãnes Pniowſki et Clemẽs Mawoiowſkÿ canonici Cracouienſ; ceteriq̃ qui cũ illis trãſfretabant poloni beatũ ceperũt

acclamare Staniſlaum ad ipſum igitur vota et voces in altū attollūt ne ſuffocent ab vndis maioribus fletibus q̄ vocibus interpellant: mirabiles relatu: creditue digniſſima illā nauim in qua nomē beati Staniſlai reſonat fluctus maris mergere nequeūt ceteris ratib⁹ cū in eis ꝓtentis oībus ꝓſus abſoꝛptis: ſedant deinde ad ſupplicē ſcti Staniſlai inuocationē fluct⁹ in placidā aurā mare turbatū redijt: pelagus a ſuo furoꝛe cōceſſit. Gratie deo et ſcō eius Staniſlao ab vniuerſis in cōe referunt. Ejus pōloni magnū vobis bñficiū diuinit⁹ e celo erogatū eſt vt vos vī Staniſla⁹ trās maria trāſq; freta ſemp ſubſequit̄ et more galline pulligere ab oib⁹ pickis alis ſuoꝛ bñficioꝛ vos ꝓtegit vtcūq; etiā indeuote inuocat⁹

Capitulum vigeſimumprimum.

Anno domini milleſimoquadringenteſimotriceſimoquinto die duodecima menſis Maij: quedā mulierecula in flagrāti crimine deꝓhenſa in ciuitate Cracouien iudici ꝓſentat accuſat⁹ quicq; et iure municipali vltimo plectenda ſupplicio adiudicatur aquis ſuffocanda: manib⁹ a tergo ligatis de regali ponte per apparitoꝛē ꝓcipitāda in flumē Viſlā ſtatuit: que viſa btiſſimi martyris Staniſlai in rūpella eccl̄ia tacitis murmurat labellulis ſincera ſe martyri deuotione cōmēdat: patroni flagitat ſibi adeſſe ꝓſidiū: Poſt q̄ igit̄ ſaxo collo illius apēſo in flumē ꝓcipitat de pōte affuit illi pijſſimi patris ꝓſidiū: nēpe nec manuū ſuffulta officio; nec ſaxi obſtāte pōdere more ligni natatilis ſupficie gaudet fluentis: vnda igit̄ pulſa litꝛoꝛi applicuit imoueri⁹ btiſſimi pontificis auxilio ſuppoꝛtata quā ſpiculatoꝛe ne ſue impericie imputetur ꝓ litꝛis hinc inde diſcurrēs fuſte aquis aliquoctēs ꝓfundare ſatagebat. Cū itaq; fere ꝓ quattuoꝛ ſtadia ipam ne enatet ꝓſequit̄ nō humanā agilitatē ſecū ſed diuinā agi intelligens pieratē: tū etiā quia dudū officij ſui ſufficientē fecerat diligentiā: tū etiā quia ab hominibus huic ſpectaculo ſatis grandi aſtantibus arcet̄ et coꝛripitur ne vltra condignū vnq; peccarū pluries puniat̄ in idipm: ſed diuino potius et beatiſſimi martyris eius Staniſlai applaudat miraculo: ab ipō btō martyre ſi conatu improbo collarum mulieri beneficiū impedire ꝓſeuerauerit feriendus: eam libere ripā ſinit petere que mox vt ſinita eſt ꝓhiberi ſine omni difficultate ripā petit et adhuc manib⁹ vt ꝓius a tergo ligatis et ſaxo collo apēſo ad eccl̄iam btiſſimi martyris Staniſlai ꝓficiſcitur in rūpellā ab omni populo qui ad ſpectaculū huiuſmodi confluxerat ꝓſecuta et geſtum rei ordinē ſimul et ſui voti tenoꝛē preſbiteris eiuſdem eccleſie coꝛam multo aſtante et illacrimante populo aperit et ſaxū predictū in memoꝛiam ſue-

liberationis perpetuam ad sepulcrū eiusdē beatissimi martyris appēdit.

Capitulum vigesimumsecundum.

Sane si iuste pro suis excessibus castigatis benignissimus pater Stanislaus affert presidia: quanto magis his quos aut casuum importunitas aut infirmitatum premit necessitas. Unde eodem anno de mense Augusto non minus fama dignum in Ulyslicien opido accidit miraculum. Quidam etenim eiusdem opidi incola duz hozreis inferret annonas sui laboris annua premia curru legeribus onusto filiolam fere septennem imposuit: solus autem iumentis regendis operam dabat: Curru vo improuiso agitato puella de plaustro prolabitur et rotarū iugulo iacuit suffocato: quā lacrimosa mater in calle mortuā repiens: sicut leena catulis amissis in voces flebiles et lacrimosas prorupit. cuius clamori dum maritus consternatus accurrit et filiam extinctā iugulatāq reperit ambo inestimabilibus fletibus quaciuntur attollunt voces in altū cōcurrunt vicininorū agrorū segetū messores: et quid agatur clare intuent palpitant et attractant tenellum corpusculum z nusq spiritus argumentis deprehensis casus sui infausti et merozis assiduo complozatu deplangūt dilrimē. Tandē angustijs agitati frequentibus illabit mentib⁹ ipsoz pijssimi patris Stanislai cunctis oppressis promptū presidiū et animis ipsoz vocibusq cōcordib⁹ cernue beatissimi martyris deposcunt patrocinū: et corpus defuncte q̄us exanime gestandū ad limina sua pollicentur. Et quia gratius accipit qō multiplicatis precibus obtinet: post non mediocris temporis spaciū puerulus insperate redditus est sanitati. Quo viso parentes pristinas superāt gaudijs lacrimas omnes et nullo intercepto temporis interuallo simul cum sanata imo verius resuscitata filiola Cracouiā petunt. Et in maiorem ecclesiam accedentes gratias beatissimo martyri Stanislao pagūt rei geste ordinem pandūt: et in euidentē memoriā facti camisiam in qua iugulata fuit puellula ad sepulcrum eius appendunt.

Capitulum vigesimumtercium.

Quidā mulieris infantulus lauacro bulitēti casualiter in corpore nudo perfusus cōtinuo expiraturus credebat: quē cum certis votis mater eius sancto deuouisset Stanislao taliter scilicz q̄ per integrū anni spaciū feriā sextā qua scilicz limina sancti Stanislai in rumpellam a populo visitant in pane et aqua debeat ieiunare. Et cum ipo infanculo ecclesiam sancti Stanislai in rumpella cū

lumine visitare: voto facto puerulus prompte cepit cõualescere: sed qñ mulieres que prompte sunt ad vouendum tarde fiunt ad explendum: eo pacto cũ eadẽ mulier illud votũ explere negligeret et aliquãdiu ad sctũ Stanislaũ ire ptermitteret. Interim idẽ infantulus ad prunas ardẽtes capite impegit et matri ingeminat dolor ex altero periculo filij morib̃ di: sed quia iuxta Gregorij sententiã Adala que nos hic premunt ad deũ nos ire cõpellũt: nouo igit dolore vexata et poris recordata voti facin⁹ suũ recognoscẽs asserit propter fractionẽ voti emissi alterã similẽ molestiam in eodẽ filio accidisse: demũ mulier cõpuncta ꝓmittit se votũ impleturã nec ampli⁹ morata singula q̃ deuouerat facere cepit effectu: quo facto t infantulus sanitatẽ recupat t piculoꝝ deceteroꝝ euasit incursionẽ

Capitulum vigesimumquartum.

Elia Katherine vidue de Zakrzewo ante kazimiriã decennis pondere raparũ humeris appenso Cracouiã iuit et inundatione aquarũ pontes transcendẽte nauiculã cõscendit. Cũ aũt nauta illã cimba vehens per Vislam: alij naute in simili procedẽte nauigio obuiasset vnus alteri cedere nolẽs: alter in alterꝝ cimbis impegissent isti⁹ nauicula fluctib⁹ impulsa vertit: et ipe et puella periclitant: sed nauta cuiusdã bñficio ligni natatilis saluus naufragiũ euasit. Juuẽcula aũt põdere quod humeris alligatũ habebat pressa: sub aq̃s immersa suffocat. Hec alia mulier dũ staret in ripa ꝓspectãs t ancillam periclitantẽ videns ipsam ad scti Stanislai limina cũ vina oblatione trãsiturã deuouet et ꝓmittit et pre horrore videnꝺe mortis oculos in terram defecit: ex post erecta vidit viceuersa ancillam de aquis emersam simul cũ pondere humeris appendẽte et randẽ mulierẽ pces ad sctũ Stanislaum profundente puella patrocinijs sancti Stanislai de periclitatiõe et periculo mortis libera euasit.

Capitulum vigesimumquintum

Petri dicti Franczek cerdõis circa portã sutorũ in Cracouia infans octo ab ortu suo habẽs dies grauj infirmitate corripitur. Et randẽ vna cũ matre ex partu periclitata absumuntur. Sic fructus ventris matri mortem attulit et patri vtriusq̃ supstiti dolorem cordis et gemitũ duplicauit: tamen mage de filij q̃ vxoris morte anxius cepit de vita filio reddẽda esse solicitus. Quapro prer suasu amicorum sancti Stanislai presidiũ sedulius inuocabat: Infantulũq̃ defunctũ ad sanctũ Stanislaum in rumpellam supplex deuouet

Quo facto omnibus cernentibus puer reuixit nec pristine infirmitatis vestigium aliquod in eo apparuit.

Capitulum vigesimumsextum.

Iuenis quidā casu submergit et cū sub aquis per vnius fere horę interuallū gemeret mente licz nō ore scīm depcat Stanislaū vt sibi auxilium ferat et mox inuocatione facta enatat t sanus cum candela sibi cōmensurata ad ecclesiā scti Stanislai in rumpellā venit in scīm Stanislaū pro sua liberatiōe gratiaz celebrās voce sonora actiōes.

Capitulum vigesimū secundū.

Gregorius Sandomirien ciuitatis notari⁹ vir iam in senū procliu⁹ cuius claros visus fuerat oculos habuisse caligo tñ quedā illis se supinfundens exiguā illi videndi reliquerat potestatē nec sperabat sibi alicuius remedij beneficiū futurū: cū senib⁹ vix aliqua remedia naturalia possint suffragrari: vt pote quoz iam natura fatigata nō facili alicui⁹ medicamēti suscipit iuuamē. Vnde ad remedia diuina quersus deuouet btō martyri Stanislao certa obsequia impendere: si se senserit in visu cōsolari sed nō expectato uoti effectu qō vouit sincere adimplet quasdā scilicet orōnes pegrinatiōes t ieiunia p anni circulū ptinuat vt pmisit: fine anni voti approximante cepit visus bñficiū recuperare: et ipo plene nōdū lapso: plenā visus sanitatē resumpsit.

Capitulum vigesimūoctauum.

Anno dñi millesimoquadringentesimotricesimosexto: vxor Abathie kijecher Barbara noie theotonica de Theschin lumine oculoz p sex mēsium spaciū orbata ad scīm Stanislaū deuota beneficium visus illico recuperauit.

Capitulum vigesimumnonum.

Orothea vxor pictoris de Cracouia tam grauī morbo t infirmitate corpis corripit q morbus in ancipite inualescens vtrunqz oculū ipsius de locis naturalibus excussit et euulsit et vsqz supra genas dependere coegit qō fuit et inspectui abhominabile et auditui horrendū quo visu phisici de remedio diffisi cōlulebāt globos oculares sic in solito more et lōgeua distantia a situ suo dependētes rescindēdos et malle semel cadere q semp et abhominabiliter ac cū ingēti dolore pendere. Sed anxia mulier samoz freta cōsilio oīni-

potenti deo ꝛ sctō se deuouet Stanislao sibiq; missam cū luminaribus in rumpella legendū disponi ꝓmittit: vix voto cōpleto globi oculares in situm suū et in orbes quos deseruerant redeunt et mulier plene officio potitur vidēdi que vt pleriq; faciūt oblita beneficij ꝓcrastinabat implere vorū: postmodū multis ꝛ varijs molestijs pulsata vorū pficit quo pfecto ab oīb⁹ molestijs se sensit suppꝛatā. vñ sedule petiuit hec plebi publice nunciari et glorioſa brissimi Stanislai magnalia in se magnifice collata et experta vulgari.

Capitulum tricesimum.

Anno domini millesimoquadringētesimoquadragesimoprimo de mense Maij⁹ Petrus hirsperk vulgariter dict⁹ mercator de Cracouia ciuitate homo natu et etate grandeuus et facultatum copijs nō mediocriter abundans: volens finē vite sue bonis operib⁹ preuenire et de bonis a deo sibi collatis expeditam facere rationem facultates suas liberaliter in pios vsus ac fabricas ecclesiaruꝫ dispensabat. Hic ad ecclesiam sancti Stanislai in rumpella ductore preuio veniēs: iam eñ tum pre senio tum etiam pre dolore caligatis oculis sine duce incedere nō valebat. Cum rectore illi⁹ eccl'ie magistro Jacobo Parkoschij de Zorawicze decretoꝝ doctore pferebat: qualiter eccl'ia illi ecclesie de bonis suis aliqua impartirek. Vnde primū pro construēda capella in dextra parte ecclesie p̄dicte cui⁹ fundamenta tūc iactebank decē marcas dare spopondit: demū de aliqb⁹ bonis immobilib⁹ ꝓdicta eccl'ia vt sciscitarek dictū rectorē hortatus est. Qui cū his diffinitis a sepe dicto rectore ecclesie discessisset et versus lacū sctī Stanislai gradatim descenderet: cepit cū sancto Stanislao mentere⁹ pactare dicens. Sancte Stanislae si vis vt ista que p̄concepi pro tuo honore ope cōpleā me etiā paululū redde cōsolatū et vt aliquātulū in visu cōualescā succurrito vix talem conceptū apud se finiuerat et mox insperatū lumē oculoꝝ illi restituitur: et vt assere solitus erat ac de aliquo obscuro loco ad serenā lucem egressus fuisset illuminat. Huius igitur beneficij nō ingratus vt promiserat decez marcas pecunie illico ecclesie in rumpella dedit. Et demū pro nonaginta marcis molendinū in villa episcopali dicta Blonije pro dicta ecclesia comparauit.

Capitulum tricesimumprimum.

In Velouia opido terre Cracouien: filius aduocati quattuor ferme annoꝝ nimio dolore oculoꝝ torquebak. In die aūt sctī Stanislai aduocatus pfatus cū vxore ꝛ familia sua discūbēs

cum venisset sibi in memoriã solennitas beati Stanislai et presertim frequentia hominũ vtriusq; sexus que illo die in frequenti et numerosa multitudine concurrit ad ecclesiam sancti Stanislai suspirans ait quanta solennitas quantusq; concursus hominũ nũc est ad tumbã beatissimi martyris sancti Stanislai in rumpellã et verso sermone ad btm Stanislaum dixit O gloriose martyr sancte Stanislae nos etiã mestos in prole nostra consolare dignare. Cum hec dixisset: filiolus ille fere cecus de angulo in quo delitescebat perfecte sanus in visu processit dicens. Date et iam mihi manducare: vt quid mei obliti estis. Parentes igitur videtes filiũ sanum quem omnino videbãt cecutientem meritis beati Stanislai iudicantes hunc esse illuminatũ illico ad limina eius cum puerulo sunt pfecti Venietes igit in rumpellã pdictũ dei beneficiũ enarrarũt laudes deo et sancto Stanislao referẽtes postulantes hec populo publice predicari.

Capitulum tricesimum secundum.

Michael dictus Borhisnam canonicus sancte Marie Sãdomiriẽ graui infirmitate oculoz percellitur se cõualescere humanitus desperans: imo perpetuo cecari metuens ad sanctũ Stanislaũ deprecandũ se cõuertit votũq; visitandi eius ecclesiam in rumpellã deuouit: mox voto emisso cepit cõualescere et votũ perficiens plenam sanitatẽ reportauit: petens hanc gratiam per sanctũ Stanislaum sibi sacram publice preconisari.

Capitulum tricesimum tercium.

Accidit preterea in ipsa Cracouieñ ciuitate non minus insolitum miraculum in quo non mediocre pijssimi patris Stanislai apparet beneficium. Matrona notabilis Barbara vxor Stanstrichar ciuis Cracouieñ ciuitatis grauissimis tenebat diutissime afflicta languoz incomodis sic videlicet q plerũq; ore hians putabat sibi vomitandi obprobrij imminere et cũ extento collo et ore hians prosterneret: nõnisi cuiusdã aquei liquoris ad vnius vne cõtinẽtiam ex ore ipsius defluebat: que cũ multoz tam ciuitatis q finitiuarũ phisicos consuleret: et tam magnã partẽ substancie sue in medicos erogasset: nullo cõperto remedio ordine prepostero ad sanctoz remedia se conuertit et multoz sanctorum multis attritis limimbus fere quartuordecim annis nullũ sue calamitatis sensit iuuamentũ. Porro in se reuersa seipsam alloquebatur. O me miserã et tam excerebratã feminã exteroz sanctoz sancta peto auxilia: nunquid deest Cracouie sanctus cuius ope

mea possit sanari egritudo. Corde igitur fido beatissimi martyris Stanislai suplicat auxiliū et rupellam profecta die veneris missam in honorem ipsius postulat celebrari. Qua cū deuotione audita et reliquijs deuotissime osculatis domū redibat; et sicut moris est locū illum visitantibus in reditu lacum in quē proiecte fuerūt partes t membra presulis gloriosi accessit; et aquā lacus confidenter potauit mox sensibiliter sanitatē sibi redditā et infirmitatē fugatā agnouit. Illi nempe aque tunc potate a precordijs eius patentissime diuturna et concreta cessit infirmitas modo quo quis manu in tibia humorē quempiā abstergeret que beneficij a sancto Stanislao sibi post langeuā vexationē prestiti non immemor casulam cum integro aparatu et paliū altaris de pannis purpureis cū palijs consecratis contulit: deinceps a dicta infirmitate se attestans adliquidum liberatam.

Capitulum tricesimumquartum.

Barbara de Cracouia vxor Nicolai dum periclitaret in partu ad sanctū Stanislaū votū emisit et continuo salubriter et sine periculo partum protulit que et seipsam ad sepulcrū beati martyris Stanislai defatigās et infantē editum deferens quantū periculū beneficio martyris dei euitauerit apud cunctos edixit.

Capitulum tricesimumquintum

Petrus procurator magistrorum artistarum collegij de Igolomia grauiter et vsq; ad mortē infirmatus: postq; ad sctū Stanislaū in rupellam ire missam legi ordinare de eo deuouisset cōtinuo pristine redditus est sanitati.

Capitulum tricesimumsextum.

Dorothea vxor Joannis Strbalmachar de Cracouia tribus annis cum dimidio egra iacuit immobilis: et postq; sancti Stanislai in rumpellam visitaturam limina deuouit: surgēs prout vouit meritis sancti Stanislai optinuit ab omni languore sanari.

Capitulum tricesimumseptimū.

Vir insignis et generosus Andreas de Lubino wladislauiesi dioceſis Thesaurarius regni polonie t capit aneus terre Dobrzineñ in quādam grauē infirmitatē incidit; quā deo ꝓpicio

et per operā medicoꝝ euasit. Cum autē cōualesceret causa recreatiōis ad venandū vsos: cum esset vir magne audacie et agilitatis et huiusmodi seuarū ferarū peritus venationis: cū familiaribus suis saltus et nemora petijt. Cunctq; vsum insequit crepusculo instante: equꝰ cui insidebat obice cuiusdā trunci grauissime cecidit et insessor ad modū collisus semiuiuus inter manus familiarū in domū referebat: recidiuā itaq; in pristinā egritudinē passus est adeo in breui ꝛpe ab illa oppressus est: q medici de vita eius desperātes amicis eius tūc ei assistētibꝰ ꝓpe diē eū denūciarūt moriturū. Ipe deinceps cognoscēs viribꝰ se destitui: videsq; se vicinissimū morti: ꝓcipit extra cubiculū foras ad cōspectū totius familie sue cuꝰ nō paruā copiā habuit se efferri et cū ellatus fuisset cepit domui sue ꝓuidēdo vnū quēq; seruiētiū ꝓ seruitijs iuxta exigētiā meritoꝝ solariare: propter qō familiares lacrimis pfusi in altū voces attolūt dicētes. Orabimus deū et scīm eius martyrē Stanislaū: celebre em erat nomen et patrocinū in tota domo eius sancti Stanislai. Unde et primogenitus eiꝰ et vnicus heres hoc nomine appellatus est: q tibi adhuc spaciū vite concedere dignabuntur. Erat autem hoc precipuū mortis vicine indicium quia per vnius noctis moram ad quātitatem vnius vne sanguinem exhalabat qui fluxus sanguinis nulla ope medicoꝝ poterat vel inhiberi vel restringi. Nullum etiā cibum aut potum poterat continere: sed mox sumptum euomebat. Cernens igit miles ipse humanū sibi decesse auxiliū ad omnipotētis dei et sancti Stanislai se cōuertit postulandū suffragiū Accersita igitur cōiuge sua ꝓ hortatus est inquit mihi in mentem videturq; bonum vouere me limina sancti Stanislai in rupellam visitaturum. Et quāq; inuitus aliquibus votis me obligo leuitatē vota emittentibus vitaturus: de dei tamen omnipotentis pietate et sancti Stanislai suffragio confisus: ad sanctum Stanislaum in rupellam cuius paruam ante memoriā fecerat: ꝓmitto: Et primum igitur predictum votum ore cum sincera et deuota intentione expressit: mox conualescentiam sensit tam patulum et insignem q illo toto die a mane vsq; ad vesperam solūmodo ter sanguinem exeruit: cū alias milleties per diē: et rotundē per noctē fieri nō satis sibi foret. Sequēti aūt die tantū bis et tercio plenā cōualescentiā sensit Quapropter nō post multos dies Cracouiā iter arripuit vnum miliare itinere pedestri ꝓficiēs in rupellā ad limina sci Stanislai veniēs cū laude et grāruactiōe sctō Stanislao votū ꝓut vouerat ꝓsoluit. Sz non immemor de bficio nec de gratia ingratꝰ bficiū bficio et grām bdicti one studuit ꝓpēsare: septē lapides cere obtulit sctō Stanislao cū effectu

Capitulum tricesimumoctauum.

Nicolaus dictu Ogonck opidanus de Zathor tactus infirmitate graui in pedibus quattuor mẽsibus et amplius totio corporis destitutus viribus nõ de lecto mouere se poterat imo nec in lectulo de latera in latus alterũ volutare ꝓpter qõ dorsum in quo supinat⁹ iacuit ex diuturna ḉrete erat q̃si cute nudatus tali miseria: ꝑsius ad implorãdũ sctũ Stanislaũ se cõuertit et visiturũ eius sepulcrũ in rupellã cũ cereo sibi ꝓmẽsurabili se repromittit: facto voto illico cõualescere cepit et breui tpe san⁹ effectus qõ vououerat fideliter adimpleuit.

Capitulum tricesimumnonum.

Quãnes Ilephtarz de Cracouia grauiter infirmus languebat adeoq; languor pressérat q̃ medici qui eũ in cura habebãt de eius vita desperabant Qui intelligens medicos terrestres incurando se deficere ad medicũ celestẽ se fiducialiter cõuertit sanctũ Stanislaũ postulans deuotius vt apud deũ sibi tẽpus penitentie obtinere dignaret: eius monumentum in rupella maiori quo poterat effectu visiturum se deuouet: voto expresso cõtinuo se vite insperate sensit se consolatũ et surgens alacer votũ persoluit: petẽs illud prodigiũ in eo factum omnibus predicari.

Capitulum quadragesimum.

Mulier quedã de ciuitate Cracouia a demonio vexabat non sic quidẽ q̃ turbaretur in sensibus: sed sic eam spũs exagitabat immũdus q̃ nec comedere nec dormire eam sinebat que illa amare ferens et ꝓcessu temporis plus se vexari metuẽs ꝓ auxilio ad beatissimũ recurrit confidenter Stanislaũ et eius limina in rupellã tota deuotiõe se deuouens visiturã: quo facto a demonio se protinus sensit liberatã vt amplius ipsius nulla sentire nocumẽta.

Capitulum quadragesimumprimum.

Marcus ciuis Cracouien febribus quatitur et physicorũ ꝓtermissis suffragijs ad scrissimi patris Stanislai se patrocinia conuertit et nõ incassum. Qui primũ eũ votũ visitãdi limina eius in rupellã fideliter emisit illico febrib⁹ refrigeratũ et penitus absolutũ se ꝓsensit: atq; illico voto suo satisfaciens ecclesiam de rupella adijt: et sanctũ dei victimis et oblationibus honorauit.

Capitulum quadragesimumsecundum.

INfantulus Abathie dicti kÿecher et Barbare coniugis de Theschin quē in humneris ad sancti Stanislai limina tūc attulerant grauibus febribus per mediū annū pulsabatur: quē similiter postcz ad limina sancti Stanislai deuouerūt omnis febris et dolor illius protinus effugata disparuit.

Capitulum quadragesimumtercium.

MAgdalena mulier de Cracouia grauissima febre corripitur: ipsaqz inualescente in tantū infirmitate attrita est q̄ per diē naturalem exanimis iacuit. Tandē vo ad se paululum reuersa ad ecclesiā sancti Stanislai in rupellam turam et missam de beata virgine ordinaturā dici repromisit illico a febribus se liberatā gauisa est.

Capitulum quadragesimumquartum.

ANno dñi millesimo quadringētesimotricesimoseptimo die decima octaua mensis aprilis Joannes dictus Czech ciuis de cracouia cum familia sua stipatus equester per viā transiret. Et nōnulli preda viuere asueti hoies labe heresis bohemice siue wyclephisice infecti in frequenti equitatu publicum iter obsediſſent quibus iam ita propinquus ipse erat: vt eorum manus nullatenus posset euadere. Ipse tandē oñi ope humana destitutus pro auxilio ad deū oñi potentē et ad sanctū Stanislaū refugit ꝓmittens in persona ꝓpria ipius limina visitare si periculum imminētis mortis euadere posset: nec dum voto finito equū calcaribus stimulās per mediū ipsorum transiuit securus Ipsi autem cecitate sicut olim gomorrite in vallatiōe domus Loth percussit: ipsum per mediū turme ipsorū transeuntē non viderūt: vnum duntaxat familiarē suū ipsum sequentē cum equo apprehenderūt. Ex multis insuper alijs periculis meritis sancti Stanislai se prefatus Joānes Czech pluries asseruit liberatum.

Capitulum quadragesimumquintum.

HOmo quidam in Czanstochowā pergere ꝓficiscens a latronibus imperit̄ qui sancti implorans auxilia Stanislai cuius ob glorioſe virginis honorem peregrinaretur: sancti tñ Stanislai presidiū presensit. Nam mirabiliter de manibus latro-

num sospes rebus et persona saluus euasit: et ad sanctum Stanislaum in rupellam veniens hoc publice predicandum petiuit.

Capitulum quadragesimum sextum.

Jcolaus Wangl armiger terre Lancicien in hungaria seruiens in castro dicto Lunrathowkamyen grauissima infirmitate in femoribus et pedibus percussus iuxta ac podagricꝰ ab alijs ferebatur. Neqꝫ eñ ambulare iñmo nec in equo aut curru equitare valebat. Tandē postqꝫ humana cōspexit sibi deesse iuuamina sepius adhibita ad deum ꝛ ad sanctū eius martyrē Stanislaū pro auxilio suorū defectū se cōuertit et pedestri itinere ꝓmittit sua limina si habere gressus officiū posset visitare vix ꝯbo voto emisso qualescere se sentit: sed nec integrā sanitatē expectans de loco facti voti iter arripit: ꝛ in via constitutus sctī martyris beneficio plenā sanitatē reportat. Insuper in ipso itinere multa pericula latronū et bestiarum martyri glorioso se deuouēs impulsatus euasit. Cum enim a villa Jablonkow versus poloniam ex pannonijs transiret cum esset homo annosus et deserti restaret latitudo non poterat vno die ipsius amplitudinē superare: et cū sole occumbente quiescere in ipsa vasta solitudine cogeretur: adest vrsus insolite magnitudinis de quo fama illius vicinie volabat multos iam homines deuorasse: Quo viso ille cum nec fuge nec defensionis adesset facultas se deo et sancto cōmendat Stanislao: quo facto: vrsus mansuefactus omni feritate et rabie deposita: prefatū Nicolaū Wangl aliquocies circuens et inspiciens quasi diuina prohibitus potentia clamans et rugiens profunda heremi petijt et ille sopore bono noctem finiuit. Tanto maiores in deum et sanctū suū Stanislaum graciarū actiones celebrās quāto ex maioribus piculis btissimi Stanislai psidio se quiderat erutum

Capitulum quadragesimum septimum.

Franciſci opidam de Brodek dioceſis Leopolien filiola quatuor integris et cōtinuis annis in pedibus cōtracta nō poterat se aliquatenus mouere: sed velut truncus alioꝝ manibus in lectulo voluebatur: postqꝫ autē ad beatū Stanislaū ipsam ducendā Franciſcus parēs ꝓmiſisset ꝓtinus surrexit ꝛ pfecte ambulare cepit.

Capitulū quadragesimū octauū.

Laurenciꝰ filiꝰ Bunar rectoris dekazimirie epilēsi sternit ꝫ parētibꝰ ꝓ eo votū sctō Stanislao vouētibꝰ ꝓtinuo liberat.

Capitulum quadragesimumnonum.

Martinus dictus Abol monetarius de Cracouia apostemate in superiori parte oculi dextri adeo grauat⁹ decumbat q̄ metuebat sibi imminere cecitatis periculū. Qui post⁊ ad sanctū Stanislaū in rupellā se visitatur⁹ deuouit t apostematis periculū euasit et q̄ promiserat fideliter adimplēs postulauit hec publice p̄dicari.

Capitulum quinquagesimum.

Iohannes ciuis de Lublin Cracouiā ad nundinas p̄ficiscens: cum in vigilia sci Stanislai alijs comitibus sui itineris ieiunantibus. Ipse p̄ter necessitatē carnibus q̄uis alijs abundaret ad esum vtere⁊: mox in carne sua pcutit et corrosione pedis maxima vexat: adeo insup dolor inualescebat vt eger mori magis q̄ viuere estuabat: tum menti eius illabitur q⁹ propter irreuerentiā sancto Stanislao exhibitā sic torqueretur cōtinuo sancto Stanislao votum vouit eius ecclesiam cum candela visitaturum et peramplius eius vigiliam ieiunaturum vix voto verbis expresso conualescentiam sentit et breui temporis spacio interiecto sanus cum socijs iter inceptum continuans et in ecclesiam descendens oblatione solemni quemadmodum deuouerat ad tumbam martyris facta et ipse correctus et alijs post futuris ne quē aut sue temeritatis inuoluat demētia aut vana mobilitas in utili leuitate compellat martyris illudere vigilie.

Capitulum quinquagesimumprimum.

Mulier quedā de kazimiria de parrochia sancti Stanislai bone fame et honeste conuersationis ad sanctum Stanislaū cū marito suo satis deuota: habuit famulam nouiter de villa sibi adductam p̄jethnam noie: cui quadā vice volens vestes lineas lauare p̄cepit vt p⁹ aqua ad Vistlaz iret: que quia nouicia erat nesciēs qua itur ad fluuiū: ruit ad lacū sci Stanislai et hausta aquam domine attulit. dña aūt nihil de aqua sancti Stanislai suspicata: stigmata in aquā cōminuit et igni apposuit coquēda. Cum aūt vellet p̄dictas vestes abluere in spectā olla vidit multitudinē cicadarū in ea et ex visione territa: accersiuit quendā Nicolaū dictū kaym kathedralē scriptorē qui tunc apud eam morabat dicens: forsan tu cicadas in lebethem misceris: qui ait nequaq̄: sed videre ne forte hec aqua de lacu sancti Stanislai sit⁊ et q⁹ sanct⁹ Stanislaus sic te terruerit. Vocat dña seruā querit vnde

aquã hauserit que respondit de illa piscina que habet salices ad littora et domum sublimem proximam ecclesie sancti Stanislai cum esset mulier agrestis significans: sine mora mulier olla simul cum cicadis accepta ad lacũ sancti Stanislai cũ tota familia sua pergit et ollã cũ cicadis in aquã lacus vertit: mira res: ẽcito em̃ ille cicade aque lacus admixte sunt amplius nulla cicada aparuit quod cũ vidissent astantes deũ et sanctũ Stanislaum glorificauerunt postulantes sibi ignosci q̃ non ex industria sed per ignorantiam in eius sanctitatem deliquissent.

Capitulum quinquagesimum secundum.

ALiud quoq; in aqua eiusdẽ lacus accidit miraculũ. Elir grandeuus Joannes noie cognomẽto Blathkũ ciuis kazimirien̄ braxat ceruisiam in domo sua et cum aqua ad consumandum opus defecisset familiari suo p̃cepit vt iũcto curru equis vas aque de lacu sancti Stanislai pro consumãndo labore predicto tantoci⁹ adduceret et seruus iussa domini complens ingressus cum curru in lacũ aqua vas replens equis ascensis minabat eos sed nulla ratione equi progredi de loco poterant nec currum trahere: donec aqua de vase totaliter emissa est. His et pluribus alijs miraculis voluit sctũs Stanislaus aquã lacus predicti in qua partes corporis sui aliquando proiecte erant honorare. Adultq; beneficia et gratias sanitatum per eius intinctionem diuersis hominibus conferre.

Capitulum quinquagesimum tercium.

QRodigijs que ante canonisationẽ et post glorioſi Stanislai Cracouien̄ antistitis supori tpe prouenerant descriptis etiã ea que in nostrã venere etatem queq; recenter et nouissime acta sunt subijctã quatenus virtus altissimi et meritũ brissimi Stanislai posset et in etates posteras et in generationes singulas dinosci: qui non solum apud priscam operabat sed etiã apud presentẽ operatur etatẽ: apud quoq; futurã dũmodo credentiũ et adorantiũ illũ fit ẽ vacillatum iri noncõtinget it: operaturus duo itaq; prodigia anno transacto gesta et claudendo operi congrua deprom̃.

Capitulum quinquagesimũ quartũ.

LEopolien̄ Ciuis et consulis Joannis langno arte pellificis consors Hedwigis. Anno domini milleſimoquadringentesimo sexagesimoquarto: ad nundinas que Cracouie pro die

passionis sancti Stanislai octaua mensis Maij agi solite sunt ex Leopoli proficiscebat. Que dum curru mercibus variarū manerierū onusta vecta: puellā nouennē Barbarā habens in suo comitatu et in curru ad fluuium Wyssloka e regione opidi Pyzno vndis tunc plus solito inflatum peruenisset. Nautibus quē illam trans flumē deueherēt nō repertis sursum per ripas fluminis ascendebat rata se in superioribus nauigia apud Yawoize villam offensuram. Gradienti autem illi per altū littus iuxta flumen suspicio ex cōiectura euidenti versari sub oculis cepit ne littus altum ex grauedine currus t fluctuū humectatione violandum currū ageret in precep's. Corripit itaq; aurigam et secedere iubet ex littore atq; imminentis periculi declinare discrimen. Quo iussioni parere negligente dum iam prope villam Yawoize ventū esset rumpit littus et currus terra dehiscente actus in profundū ab aquarū sorberur gurgitibus et vniuersa que cōtinebant per vndarū vertices occupant. In ipso aūt diuersionis articulo matrona predicta Hedwigis beatissimum cepit inuocare Stanislaū: cuius illi repentino suffragio subuentū est: ad littus eñ absq; omni offensione depulsa suffocationis periculum euitauit. Concurrentibus aūt ad succurendū et ad spectandū hoīnibus plurimis mersarū mercium sed et pecuniarū quarū non modicā secū detulerat quantitatem recollectio horis aliquot per viros ad id precio cōparatos Hedwigi inspectante agebatur. Cunq; rerum magis notabiliū ereptio proueniisset et Hedwigis prefata oīnibus rebus in currum impositis iter vellet resumere tum primū mentē et memoriā subijt: Filiolā Barbarā secum vna aquis dimersam deesse: cuius hactenus paruor ingens quo fuerat ex magnitudine rā periculi q̄ damni correpta non sinerat eam aliquā habuisse quatenus prouidisset illā tempestiue inquiri rationē. In fletus itaq; lamenta et eiulat⁹ ruens altis suspirijs et fletib⁹ altos clamores emittēs astantē multitudinē in sui cōmiserationē impellebat. Illius aūt qui sibi periclitanti subuenerat qui illā ex profundo pelagi eripuerat qui mortis imminentis periculum depulerat se totā et filiam dignationi cōmittens et pietati magna vociferatione in littore consistens et locum suffocationis prospectans implorabat suffragia: semplenū ingeminans se cōsecutum a viro beato Stanislao beneficium si filiolam suā dimidiū anime sue suffocatum et sibi abreptum iri cōtigisset. In hac itaq; anxietate et in tam flebili meroze posita: dum singuli astantes viri et femine suaderent de funerando t reperiendo magis q̄ de viuificando corpore filiole rationem habendam fore atq; in partes inferiores fluminis pro conquirendo cadauere in quas illud ex tam longa mora suspicabat defluxisse accurrendū:

misera sola mater a loco ad quē naufragiū prouenerat oculos non animo uebat filiam ex nole vocans meritū t suffragiū btissimi Stanislai. Erat enim cor eius fide et spe plenū interpellabat In felicissimā se mulier cōmemorās si se saluata filia interisset: nec mora cōspicat in superficie vndarum vbi pericitata fuerat filiam viuam et incolumem ex medijs fluctibus erupisse: atq; velut immobilē cursu amnis veloci nec quicq; impediente consistere: et illico grandi exhilarata gaudio voces in aera tollens sanctum dei Stanislaum benedicit glorificat et extollit felicemq; se et beatam filie viuificatione et pluscq; a morte suscitate profitetur. Quā per naufragas in cimbis in aridam relatam maternis complexibus excipiēs et in Cracouiensi maiorem ecclesiam ingressa quanta et q̄ mirifica clemētia saluatoris per merita beatissimi Stanislai prestiterit beneficia apō vniuersorum audientiam enarrat. filiam quoq; vite restitutam pristine quo efficacior foret sue narrationis t prodigij series ostendit. Impetrat deinde a sacerdotibus et vicarijs ecclesie ad sepulcrum beatissimi Stanislai solennem voce sonora de sancto dei agi missam: Sub qua plures insignes accendi et ardere procurauit cereos atq; in sancti decus sueq; et filie stupende ereptionis et viuificationis memoriam auro manus impleus peregit suam ad altare oblationem. Geminoq; gaudio leta in propria rediit.

Capitulū q̄nquagesimuq̄ntū et vltimū huius tercij.

Consors kat herina Mathie ruricole ppe magnā oparhow Cracouiensi diocesis sub eiusdē anni tempore et in mense augusto filiolum quem paucis ante mensibus pepererat videt extinctum: dormiens quippe sabato in noctem sequētem dieī dominice vsquequo animā exalaret illum oppresserat. Cuius morte suppressa et tam a viri sui q̄ cuilibet alterius noticia celata beatissimo illū Stanislao deuouens in Cracouiā que duab⁹ dietis ab Oparhouia magna distat: cadauer extinctī filij in humeris baiulans profecta est ea certitudine freta atq; fiducia filium ad vitam q̄ primū sepulcrū beati Stanislai contingeret rediturū: ablumpta sunt in ea peregrinatione quinq; dies et pueri oppressi corpusculum sub processu tot dierum gelidarū tam riguerat vnam tantūmodo anum habens in comitiua que illam in ferendo funere vicaria sustentabat vicissitudine: admonebatur q̄ prefata femina ab omnibus in quoq; hospicia declinabat vt cadauere filij sepulto domū remearet. Non tamē femina merito et suffragio beati viri fidens et prosequēdo itinere poterat auerti. Vir insuper eius magna correptus

anxietate distinebatur q̄ vxorem suam in iussu suo atq̄ scitu abeuntem credideratad alterius illicitos concubitus in aliquā longinquā regionē diuertisse. Cum itaq̄ mulier onere funeris filij subsarcinata Cracouiam feria quinta et die sexta postea q̄ filium iugulauerat appropinquare cepisset: q̄ primū ciuitas Cracouiensi ab ea conspecta est puer quē de humeris in brachia retulerat. Primū oscitauit: et deinde muliere procumbente cum fletibus puero etiā in terrā deposito ingenua leuem fletum edidit ad extremum matre cum fletibus oratore reuixit. Quem in Cracouiam ad ecclesiam maiorem deferens et ante sepulcrū beati Stanislai deponens et diuine benignitatis virtutē et sancti Stanislai mirandā in resuscitatione tam diuturno tempore emortui filij cūctis predicauit sibi p̄sti tam pietatē: pegrinatiōe expleta muliere cū filio viuo et incolumi ad penates proprios reuertente. Vniuerse quidē ore illi gaudiū viro tam suo exultatio immensa et de reuersione vxoris et viuificatione filij affulsit. Multa sunt preterea que in expulsione demonū: instauratione claudorū sanitate febrium et languidorum: suscitatione mortuorum: illuminatiōe cecorum: ceteriscq̄ infirmitatibus in vniuersorum polonoq̄ regno per sanctum suum ad gloria et honorē nois sui deus operari non desistit. Quapropter et basilica sancti in cantu psalmorū et ymnorū qui illic iugi modulatione nocte et interdiu decantantur: a preclarissimo Wladislao scdo polonie rege adornata est. Sepulcrū pulcherrimo opere ex argēto auro nobilitato fabricatū: et testa sacra auro mundissimo contecta.

Conclusio operis.

Hec sunt vir spectabilis et venerande beatissimi nostri ac fortissimi militis et martyris christi Stanislai Craconiēsi episcopi complexiue a me conscripta vite et meritorū miracula Quibus sua glorificatio apud terrenos homines ostensa est: quibus ad ferendum mortalib⁹ suffragia prompte vita ac libenter inuocatus accurrit. Quantā ꝓo apud superos et celestes cōsecutus sit: nedum mea sed nec cuiuscūq̄ eruditissimi oratoris lingua depromi nec sensu percipi potest que per feda et horrēda tormenta pro fide pro iustitia pro pietate pro libertate populi totius polonici pro spe futuri seculi p̄ charitate christi tollerans mirabilem pertulit agonem. Que si scrupulose quēmadmodū in ceteris assoles digesseris: lustraueris: rimaueris: reperies profecto in sancto nostro Stanislao vitam angelicam et admirabilem martyri ordinem crudelem et horribilem Canonisationis seriem impeditq̄ et difficilem atq̄ ex his intelliges viuturis eius coronā stupenda timis

et memorabilia habere preconia: quibus sanctus ipse stupendus et mirabilis omniū quoq; studijs vbiq; celebrandus effulsit. Ipsiusq; recensitis & diuini ignis incensus ardore et in redēptoris nostri Jesu christi et in sancti nostri Stanislai amorē pectus cōcitabis. Admiraberisq; diuini consilij tam prouidentiā q̄ altitudinē nō tam pro mirificando sancto suo q̄ pro saluando genere humano prestitam que et nasci apud polonos tale germen voluit: nascenti vberem gratiam infudit: pacienti robur ad vincendum prestitit: nexus et obices canonisatiōis dissoluit. Quorsum hec nisi vt vniuersis orthodoxe fidei cultoribus: singularius tamē polonis donaretur patronus de superis: ea glorificatiōe preditus: eo munere dignificatus: eo merito in orbe euum futurus: quod terminari nullo vnq̄ tempore nulla oblitione deleri posset: perhennem memoriā post perhennem vitam castam religiose ac sancte traductā sortitus ad propiciandā diuinam gratiā: ad vincendā carnis petulantiā: mundi blandiciē: demonis vafriciē: et ad consequendā suo merito atq; suffragijs beatitudinē sempiternā. Quā tibi et vniuersis christi Jesu insignitis caractere et redēptis sanguine cōcedat ipe christus dns in omne euum benedictus Amē. Vale felix sospes et alacer et sepius pro me interpelles orationū tuarū suffragijs q̄ maxime indigente et varijs petōq; sordibus inquinato: oratione tua impetratur⁹ mihi resolutionē faciosq; & multitudinē lacrimax Equidē vt te ad amorē sci nostri ampli⁹ incenderē: vt in gazophilaciū dñi alijs grassos saccus et cōferta marsubia fundent ib⁹ duo era minuta mitterē: in quib⁹ illius euangelice viduelaudata est deuotio: vt iussa maiorq; meoq; capescerē: vt preterea mee erga te deuotiōis veneratiōis obseruancie fidei documentū aliqd ederē mei ingenioli mearūq; partiū mun⁹ exile quidē incomptū ac tenue fateor ac te tuisq; auribus parū dignū: libenter tū atq; impigre sum executus. Iterū vale. Datū Cracouie: pridie kalendas Julias. Anno dñi Millesimoquingētesimo sexagesimoquinto.

Epistola Responsiua.

Spectabili venerandoq; dictatori dño Joanni Longini canonico Cracouiēsi p̄ceptori suo preceleb̄ri. Frater Santhko de Czechel monasterij beati Egidij Clodauiēsis clericorū regularū inutilis seruus et id qd est semper tuus Jesum christum dominū nostrū salutis nostre spem nactū uti nobis et cunctis fidelib⁹ in vita beatoq; Accuratissimū tue dignationis animū p̄clare vir magie dilectum officiosum in anio laborē omnia vincentē a precio et vltra priscorū nostriq; seculi etates appendo quo nobile tuū inflexisti ingeniū vt pecu-

ligre brissimi patroni nostri ꝓthomartyris et epi Cracouiesi Stanislai specimē ac excellentissime scritatis sue cnimē ne dum ordinatissimo comptoꝫ stilo eiusdē patris clarissimi vitā nubiloſe trūcareꝫ per vetustiores conscriptam Sed exparentum traduce versuſqꝫ ex nomine quod hie cessarū est ꝛ singulare temporis supportationē in eiusdē patroni cōceptione natiuitate in scolis obuersatiōe virili ꝓgressu vſqꝫ ad martyrij ꝓsummationē canonisatiōisqꝫ gloriā aurea et graui dictamine cōgessisti ꝛissime per indaginē exactissimi laboris et studij tui qō ex indole bona deꝰ optimus tue menti prestitit singulari dono id non te cui datum est parumper laudatum iri cupio: vt sicut decet nihil homini laudis tribuam sed totuꝫ deo a quo bonū est omne impendā Cum regnis dicat ꝓphera Nō nobis dñe non nobis sed nomini tuo da gloriā. Idē beatus affirmat apostus qd habes quod non accepis: si accepisti quid gloriaris. Et iterū: vnusquisqꝫ proprū habet donū ex deo qui diuidit singulis ꝓut vult. Tibi singulariter inter coetaneos tuos docile ingeniū cū studiositate donauit virtutū vt in tenera quā noui etate tua inter maturos obuersatus viros creſceres semper moribus et meritis. Conuenit in te sacius flos etatis et maturitas mentis vt eqno gradu eloquentia tua et cōscientia pariter incederent. Accessit etiā oris veritati castitas animi vt ab ore tuo cana semper manarent verba cursuſqꝫ annoꝫ vſqꝫ ad hos canos laudis tibi et honoris ꝓcuraret augmentū ex dei dono. Vnde virtutū oim sumit manifesta cognitio: hinc sapientia veritatis et quicquid boni potest esse radicatur vt ad oīa reddat homo abilis quē imbuit clementia celestis: hec te resplendere fecit equalē actionis merito ꝛ dictionis eloquio cui specialius tuā inclinauit: mentē vt oratoriā colendo diligeres artē que vtiqꝫ apud veteranos Caldeos Ebreos et Latinos litterarū oim humanarū est ornamentū: quicquid eñ in qualiber disciplina concipit ab oratoria sub decore proferr. Reperiat q̄uis magna pbus quid ꝓderit scire si laudabiliter non possit extollere: naturalis est inuehire: sed facundi oratoris et dictatoris decenter astruere. Sola hec est precellens sapientie diuine nobilitas: vt non fucatis egeat verbis cū sit de deo qui est lux et beatitudo eterna cui nihil decoris adiici potest. Alie vō scientie humane oratoꝫ purpureo indigent lepore subiectoꝫ variabilitū ratiōe. In hac te censeo arte sub nostris preclarū euis: vt et suauiter scias persuadere animoſqꝫ audientiū oratōe possis mulcere. Verū existimo inter egregios nostri dictatores seculi tuipe haberis qui toto nisu de Italia vbi latina est ipius scientie scaturigo plures libros in eadē magno ꝑcio cōgregasti: nec vſqꝫ modo desistis colligere. Vnde ex tuo dictatu in his ferme oris oēs hau

rlunt tuisq; vasis diteſcunt. Sane rudirati mee hunc per te de vita beatiſſimi patris noſtri Stanislai editū diſſertiſſime libellū dignatus es dicare: meq; labruſcum nedū lectorē magis rigidū per oia delegiſti cenſorem vt meo limatus cenſuratuſq; ſcarpello ſiesie ,poiret in patulū, inuiſendus alijs et legendus taliq; lance libratus staret firmus aut infirmus Grauiſſimā mihi vir gratiſſime imponis molem: excedit meas fragiles hoc onus vires: meoſq; ſternit humi humeros ex triplici capite metuo hoc pondus aſſumere: plus sathago niſi mea tua inuiſcerata charitas cō ſtringeret refugere: primo ex prefatiōis tue altiſſimis laudibus in me fauillam cinerem fumū et nihil cōgeſtis quibus virū pierij ſpūs et iubar polonicū me cōpellas: et alia multa mee fragilitati diſſona cōgeminas: puduit me has videre et legere camenas quarū canore non cupio paſci ſed cruce Jeſu chriſti in qua cū apło decz gloriari: mihi magis de me credas qui ex et in me hoc nō iuuenio quo ſic euectus ſum per te preconio: tedet me pndet q; aliquid boni de me credere cū ex me nil honeſti poſſiz cogitare quidue dicere aut agere vellem tua pace pſcriptas in ipſa pfatiōe epiſtolari laudes abradi ſi poteſt fieri. Tamē eſt qō facia nō me credā qualē putas qm̄ non mea cenſet id ratio quod de me tua cecinit laudatio: hoc ſolum ſentio hoc certū precipio me abſte cordialiter diligi ſubq; teneris circiter a quinquaginta de ſex annis amari: hoc iudicatū diu glutinium neſcit habere modū plus adicit amico q; valeat merito magis laudat q; virtutib⁹ excreſcat. Sed ne ſim tue dilectioni ingratus et in me temerarius nō mihi reſtat niſi digigenti me ſincere recipzocū amorē rependere tuiſq; votis me totū offerre quod nō parū eſſe debes apēdere. Si quidē offero quē ardētiſſime diligis et ſi qualē me tua laudatiōe pruleris eū ramen pro quo vt talis eſſe merear deū depceris. Scōo ex rationabili modernoz more autoz qui noua cōpilantes opa reuerendis cōſueuerūt pontificibus aut plucidis in Theologia mgr̄is vel doctoribus alijs encemiare Cum apud hos ſtatus duos noueris editionū cōfirmandi aut infirmādi cōſiſtat autoritas epiſcopoz ſuprema ex dignitatis ſummo culmine quo honorauit eos dñs noſter Jeſus chriſtus dicēs Quecūq; alligaueritis ſuper terrā erūt ligata in celis et qui vos audit me audit: et qui vos ſpernit me ſpernit. Sed ad in Theologia magiſtros aut alterius facultatis profeſſores attinet doctrinali et ſcolaſtica determinatione veritatē diſſimire falſitatēq; demōſtrare ,put docet apłus: Oīnis ſcriptura diuinit⁹ inſpirata vt ilis eſt ad docendū ad arguendū et ad corripiendū hic appellatur magiſtralis apex quem non attigi q̄uis aliquando concupiui hunc aſcendiſſem vocatus niſi exceſſiue ab eo gradu me reputiſſent impēſe: au

tumo doctrine theologoꝝ cõtrarie singulariter huic ꝓcepto Jesu chri di liges proximũ sicut teipm inuicem ꝓssent equidẽ de illis supfluis in eo gradu festis plures ceci claudi et alie miserabiles persone pasci maxime nubiles pupille virgines maritari ꝑisius didici in Theologoꝝ scolis vbi sententias legi nec vltra gradum aliquem in sacra pagina suscepi Nullum actum apud Theologos indifferentem esse sed omnem meritorium aut demeritorium existere. Vellem libenter scire sub quo virtutis contineatur genere tantas expensas de sexaginta marcis vel plurib⁹ in talibus graduationibus facere: nec Sugillo graduationes huiusce quas omni veneror honore ꝓsertim in sacra scriptura easdem preconiso: que vt credo ex instinctu spiritussancti sunt introducte Cũ legerim Origenẽ in omelijs super Genesim: geminate id deducere quod ab initio legis nature patres fuere qui in thabernalis cultum vnius dei docuerũt: et adolescentulos precipue de moribus imbuerunt. Hij maiores ac magistri vocabant. Deinde in Moysi lege erant doctores legisperiti scribe t pharisei. Nam t btus apls gloriat se ad pedes Gamaelis legẽ Moysi et propheras didicisse vt armatus spiritualibus telis postea doceret cõfidenter. Non tamẽ legimus de tantis impendijs in affectione talium graduationũ et expensis que pauperibus et doctis viris promotionem in prescriptis facultatibus ꝓbuunt. Diuitibus ño min⁹ peritis adaperiunt: satis est apud me mirabile q vno die in his gradibus tantas effusum tri contingat expensas que pluribus subiscerent annis. Scio Cle. de magistris in. C. cum sit nimis que limitat ne vltra tria milia Thuronesi in solẽnitate magisterij aut doctoratus aliquis expendat Thuronis vbi hec cuditur monera mansi cuius tribi t parisius valoꝝ expertus sui sic q centum Thuronesi vni equipolleãt corone aut de Francia nec excrescerent nisi ad trigenta hungaricales. Non multũ he grauarent expense homines etiã mediocres post q̃s de parisiesi studio redij honorare reuerendam matrem nostram Vniuersitatem Cracouesi volui vt in ea tã q̃s primeua genitrice mea huiusce in theologia fasces susciperẽ: superinde patribus tunc cõscriptis meam aperui mentem non tantas et superfluas velle me facere expensas pro quibus deliberauerã quadraginta hungaricales impendere et alios quadraginta pauperibus dispensare vt proximũ sic diligerẽ sicut meipm: ludicre id prefatis visum est patrib⁹ t imputarum fuit mee parcitati quã libenter sustinui culpã mallẽs hoim incidere iudicium q̃ diuinũ: t ad tempus perpeti pudore ne in perpetuam passum tri cõtingeret cõfusionem propter bonoꝝ ecclesie deordinatam dispensationem pro dignificatione propria amplas facere t superfluas

expensas et pro pauperū sustentatiōe viz ḡuos vel minus impēdere fo renos. Cum dñs in euāgelio ꝓcipiat: quod sup est date pauperib⁹ et oia munda sunt vobis. Tercio propter acrimoniā qua me stringis cū denti bus inuidorū et detrahentiū exponis in calce prefationis tue vbi ait et si forte vicios sermones aliquos offenderint auctore neglecto singuli de fectus deformitates et vicia in te decidant censorē. Magis charitati ar bitror ꝓsonare hoc fune augi auctorē cū cēsore: vt leuius sit partū onus portare: ḡa ve homni soli si ceciderit nō habet subleuantē: melio⁹ est duos esse ḡ vnū. Ideo facilius est duobus ḡ vni sarcinā hanc ferre mordentium ḡ dētes et vngues excipere: quibus meas ad vellendū genas expo nam et pro charitate tua qua cordialiter flagro in et pro te faciem meaz ab increpantibus et conspuentibus non auertam. Ex causa veritatis in prefato libello lucentis quā plures pro meo ingenij captu recensui et in statera rationis vtcūḡ librauī. Verū profiteor tria veritatem dicendi genera apud oratores esse. Primum humile: quod cōmuni sermone veri tatis incedit. Alterū mediocre quod nec magnitudine tumescit nec par uitate tenuatur: sed inter vtrunḡ positum propria venustate ditat. Ter ciū est summū quod persuasionib⁹ altis et rationib⁹ summis eleuat. hoc triplici veritatis funiculo qui difficulter rumpit ipsum scriptioma libelli de vita beatissimi Stanislai per te textum est fortissime Humili si quidem in ipsius sacratissimi patris conceptione natiuitate conuersatione morum et per totam eius vitam procedit verissime. Unde virtutibus in medio consistentib⁹ martyrij victoria ditatus. Proinde per hanni gloria in celesti curia et in militante ecclesia per varia sue sanctitatis mira cula est sublimatus. Et si vt prescripsi ex auctoritate qua careo ipsum li bellum autenticare non valeo sufficiat eundum probatum iri et omnibus lectitari ex contenta in eo veritate vt presentis libelli veritas sit ipsa precellens auctoritas sine qua veritate nec est necḡ valeat esse pon tificum aut magistrorum auctoritas. Contra tamen detrahentium labra sacratissimi patris Stanislai patrocinia et orationum clipeos opponemus magisḡ valebit duplicata charitas ḡ inuidorum et sugillantium mordacitas. Nec lucidorum laudes affectamus: aut ipsorum vituperia pauescamus: sed ipsis in patientia nostra respondeamus vt suas mandu cent seueritas: hilari corde pro maximo munere hunc libellum suscipio: pro glorificatione beatissimi patris Stanislai ex predicatione ad po pulum declamanda: pro mea salute fratrum meorum edificatione: ac de uocione vtriusḡ sexus fidelium qui meritis sanctissimi presulis gratiam diuinam remissionē peccatorum et vitam eternā merebunt tecū omnes.

Spero gratum id opus fore ac vtile tori polonoꝝ ecclesie: posteriscꝫ magna veneratiõe dignũ. Et si moderni exparte lacessuri sunt sed cito cessabunt Gratia domini nostri Jesu christi longo te teneat euo: et tuis laboribus ꝑmia reddat eterna meritis egregij patroni nostri Stanislai cuius laudi et ꝓconijs sat hegisti. Orationes meas cum fratribus meis tue charitati recõmendo. Datum in Lenobio Clodauiesi in die beati Egidij confessoris glorioſi: ac eiusdem Lenobij patroni magnifici. Alias die lune prima mensis Septẽbris. Anno gratie Millesimo CCCC Lxvj.

Miraculum de nouo beati Stanislai additum.

BArthossius quidã Vincentij volba filius opidani de Przecz slaw laicus Cracouiesi dioceſis viridis etatis homo habens citra triginta annos orbatus parentibus et substantia paternam videꝫ esse tenuẽ in obsequijs dñoꝝ se cepit versari: rãdẽ vbertoꝛẽ questum cõsecuturus ad russiam iuit et in opido Snijathijn Lamenecziesi dioceſis apud dñam Elizabeth Zakrzowska relictã Zawijschij cõductꝰ mercede cepit manere in obsequijs: que videꝫ illũ sibi fidelem: volẽsqꝫ fideliozẽ efficere et eũ apud se diutiꝰ tenere: mulierẽ quãdam quam ipse credebat soluram katherinã nomine: que tamẽ habebat alterum virũ Martinũ clericum qui ab ea diuagabat: eriã in obsequijs suis constituta sibi cõciliauit in vxoꝛẽ Anno dñi Millesimo quadringentesimo septuagesimo sub tẽpoꝛe carnispriuij. Indignata est ob hoc altera mulier vehemẽter Helena ꝓsoꝛs Vincentij opidani de Sznijathijn que filiã suam Dorotheam virginẽ magnope gestiebat dare in vxoꝛẽ: de quo iã inter dictũ Barthossiũ et prefatã Helenam aliqui tractatus familiares preceſſerant volens dictum Barthossiũ ab vxoꝛe ea die ducta sequestrare et odiosam illi facere. Et de filie sue Dorothee ductione inamoꝛare: prefato Barthossio iam cum sponsa noua in lecto cubante ollam cum poculo venenato attulit: fingens et mendaciter asserens q̃ domina sua Elizabeth zakrowska ꝓ bona nocte illud sibi poculũ trãsmisisset: mãdãs vt illud coraliter ebiberet: Sibiqꝫ illud per fenestrã qm̃ iam foꝛes cubilis clause erant poꝛrexit. At miser homo et simplex nullũ dolũ nullũ venenum suspicatus poculũ vt iussus erat ebibens: statim sensit se veneno infectum horripilationes enim et tremoꝛes per oĩa membꝛa rigide et doloꝛose discurrebãt: ab illaqꝫ hoꝛa annis sex continuis mense quolibet grauiter infirmabat. Deductus autem in Leopolim a quodam medico Italo non poterat curari. Sed nec nobilis matrona Anna Ihunowska conjoꝛ nobilis Derslai Ihunowskij que eum contẽplatione diuina anno

medio varijs herbis et pigmentis curabat poterat sibi in aliquo ꝓdesse Tandem ingraue scente infirmitate: dum vbiq; sperneretur et mortalib⁹ fastidiosus esset ab auūculo germano Stanislao Schidlowskij opidano de Thyczin in castrū Sobijen deductus a nobili dño Joanne Sobijenskij officiū portulante precario obtinuit. In quo cōstitutus Anno dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo: feria quarta in die sancti Martini in stuba cōmuni inter ꝑmiscuā turbā familiariū iacens magis cruciabat et insolitis doloꝛib⁹ adeo vt ꝓpe animā exalaret. Videns aūt se in tanto periculo et cruciatu cōstitutū clemētissimo deo et genitrici sue et beatissimo Stanislao Cracouien episcopo cū lacrimis et deuotione se cepit totū deuouere: inuocans prefatū beatissimū Stanislaū et cū magnis suspirijs repꝛomittēs q; si eum liberaret de periculo egritudinis illius et mortis imminētis vellet ad limina sua ꝑsonaliter pedestri itinere pergere. Et cereū vnū ad stature sue ꝓportionē longū ad sepulcrū beatissimi Stanislai offerre: et tres missas pro honore brissimi Stanislai legi ordinare. Affuit illico diuina clementia et eius martyris ⁊ beatissimi Stanislai magnificū presidiū misero et languido homini. Et in caligino sa stuba nocte constitutus: post emissum votū magnū cepit vomitū habere. Accensa autem candela et familiaribus qui secum cubabant excitatis: vidit molem magnam et quātitatem veneni: et duodecim vermes viuos albos in coꝛpoꝛe ⁊ rubeos in capite admodū vermiū qui in agris quando ager vomere sulcatur reperiunt. Et qui in polonico panrowije vocantur: se euomuisse. Mirabantur stupoꝛe ingenti confamiliares sui q; tantū in se habens vim et vermium et veneni non fuisset ille homo subito et dudum extinctus. Et illico clementia saluatoꝛis et martyris ei⁹ et beatissimi Stanislai ceperunt resonare magnalia et in laudes ei⁹ pro rumpere: ab illo tempoꝛe cepit ꝑfatus Barthossius resumere vires per sex annos a veneno valido et concreto debilitatus. Quibus resumptis vtcunq; poterat debiles artus baculo regente sustētaturus feria quinta die sancti Joannis ad poꝛtam latinā venit Cracouiā ad sepulcrū brissimi Stanislai et se illi cum cereo a se deuoto et trib⁹ missis repꝛesentauit votumq; persoluit: recognoscens se coram multitudine cleri et populi beneficio beatissimi Stanislai fuisse et esse sanatum. In itinere autē ex Sobijen illi Cracouiā pergenti: et ex debilitate coꝛporis breues passus breuiaq; miliaria facienti beatissimus Stanislaus vice geminata per quietem apparuit confoꝛtans et confirmans eum vt ceptum iter absq; metu et desperatione ad limina sua continuaret: interrogans illum si se nosset Quo respondente ignoꝛasse se quis esset dixit. Ego sum Stanisla⁹ Cra-

coulensis episcopus perge iter tuum ⁊ de sanitate integra meo suffragio esto securus. Pollicens se p̄elidio suo sibi vires gressuum p̄bitурum: de quibus omnibus glorificet clementissim⁹ deus: et intemerata mater eius: et magnificus intercessor et patron⁹ polonor̄ brissim⁹ Stanislaus qui quottidie in regno polonie mirifica p̄estat subsidia: oñib⁹ illū fidelr̄ inuocantib⁹: qui et nobis obtineat oib⁹ apud ch̄m dominū ꝓpitionē et salutē eternā: qui est deus gloriosus per secula benedictus Amen.

Miraculum de nouo additum.

Anno dñi millesimoquadringentesimoseptuagesimoquinto: in Decembri: quarta die ante natiuitatē Christi: niuibus pfundis vsq; ad genua terrā p̄emētib⁹ nulla suspicio hostilis haberet dū oīne solū a multitudine niuū imperuiū foret. Venit in Czilliam exercitus magn⁹ thurcor̄: et depopulatus est magnā partē Slawonie cōterminatā Czilie: et abduxit decē milia hoīm christianor̄ vtriusq; sexus: occisis impuberib⁹ et subam magnā mortaliū: nemo eñ ꝓpter pfundit atē niuū suspicabat illos ꝓpe illo vēturos: et ideo repe riētes hoies incautos et dormiētes tulerūt illos ⁊ oēm eor̄ subam. Inter quos etiā ceperūt Martinū Ginach suror̄ et cōsortē suā Vrsulā so rorē mgri Georgij petri medicie doctoris in opido Raczoch ꝓpe opidū Czilie et abduxerūt vtrunq; in thurciam. Ex cōpedibus aūt ⁊ nimio frigore vtriq; pes vnus cōputruerat. Et p̄fatus Martinus dolore nimio vexatus amplius gressus figere et ambulare non valebat: p̄fata Vrsula vtcūq; illi ministrante. P̄fatus aūt mgr̄ Georgi⁹ ob captiuitatē germane ⁊ viri sui martini magnis doloꝛib⁹ anxiat⁹: cepit de eor̄ liberatiōe mēte et ratione cū ope nō posset esse solicit⁹. Cepit quoq; nō tam p̄cib⁹ q̄m fletib⁹ et lamētis brissimū inuocare Stanislaū p̄tificē et martyrē Cracouien. Cuius illi amor ⁊ deuotio dū adhuc adolescēs in studio Cracouien obuersaret ꝓpter singulare martyriū et stupenda miracula et ꝓdigia in heserat: quē ⁊ ante lōge ꝓprius et tūc p̄o oīni rpe in peculiarē sibi elegerat patronū et defensorē: cui⁹ etiā ope ꝓtectione et suffragio credebat se de faucibus thurcor̄ cū tūc in Slauonia securus vt ceteri de ꝓpe thurcos in villa Czaretesz ꝓpe monasteriū cartusiensiū ꝓpe Rartioch cōsisteret ereptū. Et tā sororē p̄fatā Vrsulā q̄m virū ei⁹ Martiuū brissimo deuouebat Stanislao curā illor̄ et liberationē sibi in totū deuouēs et committens. Vnde et in pluribus basilicis et monasterijs in decus et honorem beatissimi Stanislai et erogabat frequētes in egenos elemosinas et missas q̄plurimas per viros deuotos et religiosos disponebat celebra-

ri: pluribus viris eius irridẽtib⁹ devotionẽ & asserẽtib⁹ eius labores pe
nitus cassos & inanes, ppter formã et decorẽ sororis sue Vrsule: decora
em erat: quã thurci etiã si auro pẽderet nõ sineret et redimi & in patriã re
duci. pseverat mg⁹ Georgi⁹ in pio ꝓposito suo & fide magna scrm̃ invoca
bat Stanislaũ irrisiõesq; hũanas ꝓtẽnebat dicẽs. Credo in deũ meũ p̃
cib⁹ btissimi Stanislai sororẽ meã et generũ liberari. Post annũ aũt me
diũ fidei cã pclare divina pietas ad intercessionẽ sui martyris rsidit. Et
dũ prefatus magister Georgi⁹ in Cenobio fratꝝ de tercia regula sancti
Francisci circa Ratisponã dictũ kelham in magna abstinẽtia p̃o libera
tione sororis et mariti sui cõsistens se maceraret et p̃o edulio quottidi
ano vndam purã et panẽ grossum iuxta illi⁹ Cenobij qnottidianã obser
uantiã btissimũ invocãdo Stanislaũ cõsisteret: prefate Vrsule quiescẽti
beatissimus Stanislaus per visum apparuit. Surge inquit excitato viro
tuo Martino reverrimini in patriã patrocinio meo ex ꝑsenti calamita
te et captiuitate evasuri. Paruit illo dicto et viro excitato rogabat vt
irent iuxta visionẽ et iussionẽ: sed cũ vir cõtradiceret et se claudũ et ipo
tentẽ ad surgendũ et ad ambulandũ allegaret. Surge inqt mulier & ꝑce
de a me sustentandus et ducendus vsq; ad flumẽ magnũ qõ superandum
erat. Annuit ille motus oraculi religione & surgẽs egre ꝓcedebat vxore
illum vreũq; sustentãte: cũq; licz thurcis illos insequẽtibus salui et in
columes peruenissent ad flumẽ: et navigia transfretare volentib⁹ deessent
flumẽ quoq; ppter ꝓfunditatem aluei vadari non posset: trunco vno ca
sualiter offenso: virũ cõiunx imposuit: et corulo arrepto flumẽ superauit
remigando. Quos et si novi recentesq; Thurci fluuio navibus transito
fugassent: beatissimo tamẽ Stanislao illos ꝓtegente salui et incolumes
vsq; ad patriã non sine admiratione olim mortalũ pervenerũt. Cui⁹ be
neficij ipse magister Georgius memor in Cracoviã venit et oblationez
beatissimo Stanislao iuxta votũ qõ vouerat devotissime psoluit. a quo
ego Joãnes Dlugosch omnia hec ex narratione sua personaliter accepi.

Aliud miraculum.

Idem magister libros insignes decemocto sibi furto ablatos
furem per novem ꝓvincias et annum integrum insequendo
meritis et intercessione beatissimi Stanislai quem invocabat
vsq; ad vnum rehabuit.

Finit divi Stanislai legenda.

De sancto Adalberto.

Anctus Adalbert⁹ ex regno Boheie missus: p̄lusq̄ mundo oderetur: singulari p̄sagio vnacū beato Wenceslao p̄nunciat⁹ fuerat diuinitus. Nam cū arcis Pragensis fundamenta iacerent: celesti reuelatiōe mōstratū fuit: geminos oleaginos stipites ex vna stirpe inde cōsurrecturos: qui eminentia sue germinatiōis nedū celum terciū penetrarent sed mirifico signorū fulgore illustrarent orbem vniuersum. Qō deinde sub tempore p̄mū in beati Wenceslai: tandē breui tempore succedente cōplerū est in beati Adalberti exortu glorioso. Qui q̄dem bt̄us Adalbertus ex nobili t primaria ducali ac christiana stirpe progenitus: patre nomine Slawnyk: qō vulgare nomen glorificatorē sua interp̄tatiōe sonat Abatre vo Strzezyslawa: qō nomen p̄fert fame honestatisq̄ custodiā hij parentes sui quem admodū illustres genere: sic et celebres nominibus claruerūt: et puerulo ex se genito in sacro baptismate sue gentis vulgare nomen woycziech quodā p̄sagio imponendū statuerūt quod ex vulgari bohemico bellū quietans aut mitigans seu bellatores consolans. Ex almanico vo Albrecht bello cōfringens omnia sonat. Et exinde latino sermone Albertus est nominatus. Videntesq̄ parētes puerulū dū infantiam ageret: quia speciosus forma p̄ce filijs hoim et elegantissimus erat Applicare eū p̄ce alijs magnificentie seculari disponebant: sed erroris culpeq̄ parentū prodito: t virdex gladius ire dei clementer ꝓcuciens celeriter hoc correxit: Nam subito ex languore grauissimo infantis corpusculum p̄ce inflatione nimia sic exercuit vt venter toto corpe maior esset et iam in tauuis mortis periculū immineret. Luget pater et flet demisso capite incedēs: seuit dolor intra viscera matris: astāt matri fratres plangentes cum familia tota: clamoresq̄ ad sydera tollūt. Inter hec cogitāt sanum consiliū et puerū cū deuotione ad templū deferentes ponentesq̄ super altare virginis Marie voto placabili eum vouerunt dño. Sicq̄ mox in ictu oculi pulcritudini ac p̄stine sanitati reformat. Puer aūt ꝓficiebat etate et sapientia a puericia secularibus litteris imbutus et tandem in lege domini fuit eruditus: et non egressus est domū patris donec cordetenus psalteriū didicisset. P:o adiscendis itaq̄ liberalibus artib⁹ missus est ad quendā Archiepiū partenopolis (q̄uis q̄dā hist̄orie Magdeburgenses Archiepm fuisse dicunt) qui suis parētibus ap̄time cognitus et affectus fuerat noie Adalbertū virū in vita atq̄ doctrina p̄clarū

Archiepūs cū magna charitate et pio fauore puerū suscipiens ac confirmationē sacri chrismatis sibi conferens et Adalbertū eum suo nōie appellauit. Ibiq; studijs assidue intendēs cepit: non segniter agere: non est imitatus facientes vana: sed studijs pro viribus insistere: et negotia puerilia omnino deuitare gratiaq; dei preuenient e eū. Diligenter ergo eruditioni inuigilās prosoluēdis deo absequijs orationū ad ecclesias occulte confugiebat. Et mox ante occursum magistri rursum loco debito resi debat: mirabile dictu qō si aliquando forte nec verbū de lectiōe recitanda sciret t a magistro vrgeri verberib⁹ cepisset: dicebat dimitte me iam legam dimissus statim qō debuit vt sciolus ad vnguē legebat expedite Fertur etiā res stupenda qō tribus liguis pro vna locutus sit inter flagella magistrū precibus interpellans. Cum eñ sui socij scōm cōmunē cursum huius seculi inanibus ludis se occuparēt: ille psalmos dauidicos deo deuote decantabat. Quadā die cū iret de scolis vnus de socijs suis preteruntē puellam humo ꝓstrauit et causa ludi eum desuper ꝓiecit: cōfestim perterritus surgēs cum rubore magno puer innocens et simplicitatis sancte nupsisse se verissime putabat: pinde sctūs puer lacrimis vberrimis totus infusus et estimans per hoc se suā virginitatē amisisse: eiulauit amarissime. Heu me nupsi inquit violentie namq; auctorē indignāter digito demonstrās: hic me inquit nubere fecit. Noctibus quoq; vt se ab humanis laudib⁹ occultaret circuit pauperes debiles et cecos de bonis que sibi a patre t a matre in auro et argēto ceterisq; necessarijs habū danter mittebant impendens eis opera pietatis. Absente mgro qsi alij laborē legēdi sibi iocis t ludis demulcebāt vel in angulis vt talib⁹ mos est obsonia comedebant: ipse psalteriū lectitans et orationes fructiferas domine sue sancte Marie depromens se refectione pascebat spirituali. Talibus et his sim lib⁹ virtutū exercitijs deo plenus puerulus multoꝝ in se defixit oculos mirantiū et dicentiū Benedicēs benedixit hunc puerum deus qui iam in hac etate tam tenera ad optima et admiranda virtutum opera sic consurgit. Quibus vō pater et mater noti erāt: non est mirum aiunt si tantus de tantis ꝓgenitoribus est ortus. Toto eñ tempore studij nō est imitatus facientes iniquitatē neq; stetit in cōsilio eoꝝ quibus erant inutilia negotia t pueriles actus sed occulte orationi t misericordie operibus insistebat pauperibus ceccis et debilibus iusta solatia impendebat denicq; secularis phie scientijs sufficiēter instruct⁹. Mortuo archipresule Adalberto ꝓceptore magistroq; suo nōie Odone quodam phō in tota saxonia famosissimo in clientelā imperatoris transeunte rediit iuuenis Adalbert⁹ in patriā scz bohemiā ad parentes suos. Porro

sub pmo Pragēsi epō Ditmaro noie bonā militiā christi militās sctā-
te mozūq honestate opinione ac fama cunctis spectabilis habebat: non
post multū vo tpis pdict⁹ epūs est defunct⁹. Fit deinde epō desolate ple
bis cōmentus vna cū pncipe terre illi⁹ nō longe ab vrbe Pragēsi: et inqsi
tione facta quem sibi cōstituāt epm: respōderūt clamātes vnanimiter
omnes vna voce celitus inspiratiz et quē aliū nisi indigenā nostrū domi-
nū Adalbertū: cuius actus vita atq nobilitas diuitie scientia et sctitas
cū honoze cōcordāt. Die vo electiōis ei⁹ quidā validissimo a demone ar
reptus ferē clamasse in ecclia vbi sedes est episcopalis. Accedēres sacer-
dotes et ministri dñi: oronibus t cōiurationib⁹ sacris ipm eicere atten
tabāt Tunc exclamauit demon per os hois dicens Quid mihi et vobis
quid pdest vos iactare inania verba: ego em eū qui in ista sede sessur⁹ est
valde timeo: vbicūq ipsius video psentiā vel audio noiari nomē ei⁹ non
audus sum illic stare: his dictis cōtinuo spumās et horridas voces inge
minās: dentib⁹ qz terribiliter frendēs exiuit hoiem sano relicto. Igit
crastino aū ortū solis nūcius venit anūciās qa dñs Adalbertus in epm est
electus: cōcurrūt ptī cū clero glorificātes deū: qa spūs nequa coact⁹ est
electionē ipius ofiteri. Aderat tūc in ptib⁹ illis de saraceno bello redi
per oia christianissim⁹ imperator Otho: ad quē dux bohemoz misit offer
electū epm: rogauit electionē populare manu ei⁹ cōfirmari qui petitioni
eius benign⁹ annuēs dat sibi pastorale virgā et direxit Adagūtino ari-
chiepō cōsecrādū. Cōsecrat⁹ aūt in epm Anno dñi. dccccl xix. in festo apo
stoloz petri t pauli hūilis equi tergo insidēs nō supbo freno sed capistro
facto ex canapo more rustico ipm regēs: venit vsq ppe ciuitatē Pragaz
vbi calciamēta deponēs nudis pedib⁹ intrauit vrbē: Suscept⁹ itaq ho-
norifice cū ingēti gaudio ciuiū t cleri in spū hūiliratis t pcrito corde oro-
nis debitū psoluens in cathedra epāli collocat. Cūctis dieb⁹ pontificat⁹
sui deo fidelr seruiēs sicut seru⁹ fidelis t prudēs vbo t exēplo gregis do
mini curā gerēs christianitatis normā exeqbat. Oēs puētus ecclie in qua
tuoz ptes sic diuisit: vnā ipius ecclie ornatib⁹ aliisq cōmoditatib⁹. Alte-
ram in vsus canonicoz: terciā paupib⁹: quartā p se ac suis necessitatib⁹
retinebat. Duodecim aūt paupes quottidie ad mensam suā habebat: qb⁹
in honorē t pmemoratione. xij. apl'oz recreabat. et oīb⁹ die festo plimos
cōuocari faciebat qb⁹ misericordie larga subsidia mistrabat: raro pter fe
stū aliquē nisi in vespere sumebat cibū nec vnq̄ saturo vētre ibat dormi
tū: corpus suū ieuniis t orōnib⁹ maxie nocturnis aterrebat xr nūq̄ nox
media ipm repit dormiētē. Lect⁹ ipius stabat decētissime ornat⁹ in quo
ptū nūq̄ se deponebat sed stabat de die solū ocios hoim pascēs. Noctē vo

frater gaudētius: vel quidā cecus natus: aut forte alius in eo quiescebat Exceptis his sui cubilis familiarib⁹ et ipso tercio: nemo quart⁹ recubuit vna domo: ipe aūt sup nudā terrā vel suplene ciliciū somnū capiebat lapi de capiti supposito nec expleto sopore surgebat ad vigilandū in orōne et in dei iustificatiōib⁹ exercen. Scopebat spūm suū assidue in meditatione scta coram oculis dñi: nulliq vnq relaxare volebat aīm voluptati. Infirmos frequēter et in carcere positos visitabat aīm suū vnq vlli voluptati dabat: agrū pprīa manu excolēs sibi victū taliter exqrebat: a cōpleto rio ex ore eius verbū non exiuit vsq post primā: ac deinde post primam causis intendebat audiēdis: aut certe si ab his vacare poterat vsq ad missam eloquijs dauidicis in psalmis solit⁹ cū deo loqbat: non est locut⁹ verbū hōi q̄diu altari astitit in missa insulat⁹: post missam ꝺo manuū labore se occupabat: aut lectiōi sacre cū charis et familiarib⁹ sibi capellanis pro opportunitate tpis insistebat: et ꝺba pdicatiōis tp̄o publicare nō segnis erat: his itaq ocijs diē longū ac talib⁹ negocijs totā solebat ducere noctē: hi sibi mores hoc studiū hic erat mod⁹ viuēdi. inter hec tū sancta opa nō cessabat vt dictū est pdicatiōis fundere ꝺba: singulis aūt compassiōe prim⁹: et cūctis pplatiōe suspēsus: sic ad sublimia ascendebat vt imbecillū infirma nequaq despectiōe aut fastidio abhorreret: Sic alta petens vt primoꝝ ima non despiceret: sic infirmitatibus primoꝝ cōgruens vt alta petere non desisteret. Sic discretiōe pollens vt esset pietas et animaduersio in eo et iuste consulēs miseris et pie seruiens disciplinis. Quadam vice cum post completoriū solito more orationibus incumberet: pauper quidam a latrombus spoliatus hostia domus pulsat petens aliquid sibi dari Cunq omnino non occurreret quid egeno tribuere posset: tulit sericeo tegmento opertum puluinar quod solum habebat plumis excussis: spoliato complicatā purpurā porrexit per foramē. Dū aūt ē auro: huiusmodi furti per prepositū domus eis acrius quereret dixit sinite illū: qa nequaq inimicus homo hoc fecit. Sanctus igit Adalbertus presul populum sibi cōmissum: nunc per consulentem iuste miseri cordiam: nunc pseuentē pie disciplinā gubernat. Sed grex per abrupta vicioꝝ semper gradiēs vocē pastoris audire noluit ipmq sequi renuit doctrinā eius penitus parupendit: scelerib⁹ sordibusq pctōꝝ tanto magis se implicans quāto ip̄m post tergum pijs monitionib⁹ paternaq exhortatione vocabat. Videns itaq pontifex sanctus operam se perdere in filijs tenebrarū: pia miseratione cōmot⁹ deflet luctu amarissimo pctā eoꝝ: deplāgit dispēdia ingrate gregis: et deplorat damna potre gentis. Ad vltimū aūt cogitat salubre cōsiliū eos potius relinquere q̄ permitti

in ingrato populo operā perdere deliberatq; locū deserere et salubrē negocio exequendo episcopatui petere cessionē. Precipue aūt ad hoc eū impellentibus tribus causis. Prima propter viuus viri plures vxores Scōa propter detestanda cōnubia clericoꝝ. Tercia ꝓpter christianos captos et seruos mancipiatos quos iudei a christianis emptos in seruitutē redigebant: et ipse epūs tot quot ab eis venundabant vicibus redimere non valebat. Denq; etiam christus sibi per somnū apparens eum de sopore exsurgere iubet: Cui ipse inquit: quis es tu tam imperiose auctoritatis: aut quare quietē interrumpere cogis? Respōdit: ego sum Jesus christus qui olim fui venditus iudeis. Et ecce nunc iterū vēdor eis et tu adhuc dormis. Expergefactus itaq; vir sanctissim⁹ collationeq; sup visione hac cum viro venerabili Wilhelmo prepositō suo adhibita ex se et ipsius sententia intellexit apertissime Qꝝ quādo christiani iudeis vendūtur ipse christus hanc venditionē patit̄ tanq; in mysticis corpis sui mēbris. Proinde ab imo cordis longa suspiria trahens stare vltra primū it: Et arrepto itinere venit romā: accepit scōm suū desideriū a papa (velut a diuino oraculo) responsum vt pastorali cura solutus cōtemplatiōis ocia ꝓcuratiōis arbitrio sectaret. Venit interea in mentē eius ad ignotos proficisci populos: oīa dura et aspera pro dilecto Jesu christo pati velut sunt dulcia sibi visa. Abjt pecunias quas habebat largissime distribuit et dedit pauperibus: pauperē angustamq; vitā pro diuite christo non tam labor q̄ ingens amor iocundissimū q; super oīa gerere sibi videbat. Erat ipsis diebꝰ Rome imperatrix Augusta mater eius qui post modū regnauit tercius et maximus Otho: que comperto q; sctūs epūs Adalbertus exulans Hierosolimā ꝓgere vellet: clam ipsum ad se venire fecit et tantū argenti quantū iuuenis validus gaudentius vix leuare poterat accipere pro subsidio vie iussit. Quod ipe nocte vir beatus pauper spiritu egenis sic fideliter erogauit: vt nec vnū quidē sibi denariū seruauit. Remissis itaq; in patriā famulis mutat habitū et asinū pro oneribus portandis mercatur: viam cū tribus tm̄ socijs est agressus. Venit itaq; ad montē Cassinū in quo erat monasteriū qō primus cepit cōstruere beatus Benedictus flos et pater venerabis innumerabiliū monachoꝝ: vbi cuius ignotus facie fuit: tamē honorifice est susceptus. Post paucos vō dies cum ad videndū sepulcrū domini abire itinere capto vellet. Accessit ad eum abbas loci: et cum ipso illustres plures alij consulentes vt ibi finem vite sue faciat et laboris. Cumq; id facere cogitaret: hoc subinferūt impōnūse: et cum sitis epūs ecclesias nostras cōsecratas de nouo poteritis consecrare. Quo audito ira grauiter ꝓturbatus respondit: hominem

ne an bautum me esse putatis: vt cum amota cura episcopus fore desti-
tuim nunc sub episcopi noie dedicare deberem domos vestras Statimq;
inde recedens duoꝝ dierū itinere venit ad monasteriū vbi magni nomi-
nis abbas Milus erat cū multis discipulis in quo claustrales fm regulā
beati Basilij patris egregij deo militabant. Fama igit beatus Adalber
tus sanctitatis eius plurimū allectus genibus eius ꝓuolutus cum mul-
tis et maximis lacrimis ab ipso in numero discipuloꝝ eius se recipi fla-
gitauit quē intuitus abbas Milus cuius meriti esset in cōspectu dñi ꝑmo
sermone agnouit: ac de ipso testimoniū ꝓhibuit: q viuentē hominē tam
feruentem in christi amore nunq memineri se vidisse: dixitq illi reci-
perē te dulcis nate: nisi quia nobis tua receptio nocebit: tibiq parū re-
puto ꝓfuturā: terra siquidē quā incolim⁹ illoꝝ quos tu ꝓsulte fugis ꝓ
pria est: et cum de susceptiōe tua cognouerint ꝓpter te cū filijs charis
meis hinc expellar. Consuluit igitur vt Romā redeat ad sanctū Leonē
abbatem monsterij sanctoꝝ Bonifacij et allexij. His igitur cōsilijs humi
liter acquiescens: venieus Romā: ab abbate Leone grataner susceptꝰ
est: diligēter sibi diuersis asperitatibus expositis cōstantiā eius probās
Cernensq ipm exauditis molestijs non solū non tepescere sed amplius
exardescere: ad grauia queq ꝓ christi nomine sustinēda: dominū apo-
stolicū et cardinales cū eo adijt cōsulendos. Ab ipsis aūt acceptā licen-
tia Anno dñi noningentesimooctuagesimonono: die qua dñs pedes di-
scipuloꝝ lauit suscepit habitū manachalē. Solus aūt frater Gaudenci⁹
secutus est eū qui carne t spiritu germanus sibi ab infantia ei fidelissim⁹
comes fuit: in vita monastica vir dei de virtute in virtutē ꝓficiscēs vt
lux splendens ꝓcessit et creuit vsq ad ꝓfectum diem. Exinaniuit etiā se-
metipsum adeo ꝓpter christū vt in vsus coquine et lauandis fratrum
manibus: quottidie aquā in humeris suis portabat. Et erat ei delecta-
bile coquine squalozibus aduei: et omnia vtensilia emundare. Sicq ꝓ-
sul dignissimus seruū se omniū ostendebat: quod sctūs Adalbertus val-
de celeriter t humiliter faciebat sciens quod humilē spiritū gloria seque
retur. Dum die quadā vinū deferret ad mensam fratribus seruiendo: su-
perbus et calidus hostis dyabolus hūilitati eius inuidens in ipso gressu
offendiculū pedi parat et cōtinuo cum pleno vase graui lapsu corrui sup
saxa: facie is suffusa rubore (vt verecundissim⁹ erat) surgit q velociter
et vas quod fractum fuerat ita integrū cum toto vino a terra subleuauit
ac si nulla effusio siue ruina in eo facta fuisset. Cuidam femine que septē
annis panē non gustauerat pauxillū panis cui signū crucis ipe vir elect⁹
impresserat manu sua tribuēs: vsum dulcē restituit māducandi. Joānis

quoq; prefecti vxbis filiã grauissimus dolor vexabat febrifugi tactu manus ab omni itaq; languore illico liberauit. Cernens itaq; Abagunnus archiepiscopus Pragensem ecclesiam suo presule viduatam et gregem sine pastore in perditionẽ per deuia rendentẽ cõspiciens: legatos cum litteris misit ad curiã pape de sancti viri reditu implorãdo instanter vt eũ ad suam sedem remittat. Facta est pro hac causa Rome synodus. Cũq; grandis litigiũ esset ex vna parte volentiũ (vtpote monachũ) retinere Ex altera episcopũ suum repetentiũ. Et dum pugna iuris auctoritatib⁹ sub dubia victoria versaretur. Tandem nunciorum primus frater germanus ducis terre bohemie cuius requirebat pontifex vix obtinuit vt pastor redderet ecclesie desolate. Conditionẽ autem hanc adiunxit apostolicus vt si grex a consueta malitia pastorem audiens recedere nollet ex tunc ipse a gregis custodia cõmissa liber esset. Abeunt tristibus monachis legati cum presule suo leti: venientibusq; Pragam omnes ipsum pari voto et ardenti suscipiunt affectum. Omnis etas et conditio cum letitia ei obuiam exierunt. Denicq; spondent pristinam vitam fm consilium et preceptum sancti presulis emendare: sed non post multum temporis ad retroacta scelera relabuntur. Interea contigit vt cuiusdam nobilis vxor adulterasse cum clerico culparet. Et parentes viri eam ad mortem expeterent: misera ipsa fugiens peruenit ad episcopum ob spem vite sue sanctitatis presidio conseruande. Ille vt erat totus affluens visceribus pietatis saluare eam cupiens: clausit eam ad sanctum Georgium in monasterio sanctimonialium firmis menibus circũmsepto. Tunc desiderio martyrij quasi in auctionẽ sceleris in se ipsum crimen retorqueri voluit: quatenus aut ipsa pro penitentia agenda euaderet aut ipse ex compassione cum ea socius passionis esse mereretur: Sed prepositus eius dominus Thilikinus vir discretionis eximie aptacter sibi totis viribus resistens hec eum facere non permisit. Impij autem inter hec manu armata palacium pontificis irrumpentes: atrocibus minis querũt episcopũ qui contra leges defendere ad veterã nitereretur. Quod vir beatus in templo circa medium noctis more solito orationi inuigilans cum audisset: fregit silentia eisq; qui secum erant fratribus valedicens: atq; oscula sancta libans exiuit de templo: flagrans itaq; totus in amore et ardore martyrij gressu proprio sponte in medios hostes venit: et intrepidus ait illis Si me queritis en presto sum vobis. Vnus ait ex illis tirannus crudeli ore omniũ sic respõdit Cassa est tibi spes martyrij quia nõ hic tua voluntas fiat: sed qõ torquebit fortius agetur: habem⁹ enim fratres tuos vxoresq; eorum ac filios in quibus hanc iniuriam vlciscemur. Interea

infelix illa mulier proditur: fruſtraq; apprehenſis altaribus de tẽplo trahitur: et ſub manu viri ſubire iubetur capitalem ſententiam. Quod cum ille miſericordia motus omnibus modis facere recuſaret: gladio verniculemale vſi corporis penas decollata exoluit. Cum his itaq; horũ malis: et populi graui iniquitate nequiuit doctrina ſana ſancti antiſtitis repugnare: ſed grexq; ſcelera ſua repetẽte et pia ſalutariaq; monita et ſui paſtoris pertinaciter cõtemnẽte. Plangit paſtor bonus: luget antiſtes ſctũs: quia in morbido grege et populo ſcelerato nulla in eſſe perſpicit ſigna ſalutis. Proinde Romã rurſum remeans excipitur ab abbate et fratribus cum gaudio magno valde. Gaudent omnes monachi eo redeunte. Omnes enim eum extimo cordis affectu diligebant: prefecitq; eum abbas omni collegio: quoniã omnium teſtimoniũ de ipſo erat Q; in omni virtute foret perfectus: et nihil preter martyriũ ſibi deeſſet Quanto magis autem in oculis hominũ maior videbat tanto apud ſemetipſum deſpectior cenſebatur. Sub ipſo autem tempore volens dñs ſancto ſuo oſtendere cuius eſſet meriti: monſtrauit ſibi dominus per viſum duos ordines in celo vnum purpureum et alterũ nueo amictu: quibus ſub diuerſa ſpecie erat meritũ ſingulare et propria merces ambobus vita quoq; manſio gaudium eſca et potus in laude perpetua creatoris. Et vox facta eſt ad eum dicens: inter vtroſq; tibi locus eſt atq; aptiſſimus honor ſimulq; conuiuatio menſe Que ni mirũ ſignificabat q; inter purpureos martyriũ ordines atq; inter niueos virginũ choros in celeſtibus eſſet gloriam adepturus. His tẽporibus Romã veniẽs rex francorum Otho tercius pro patre ſuo defuncto in ceſarem ſublimat hic ſanctum Adalbertũ crebrius alloquẽs ſibi familiarẽ habuit. Et quecũq; loquebat ei pro ſalute et ſctitate ipſius libẽtiſſime audiebat: veneratq; tunc cum ipo rege archiepũs Maguntin⁹ noie Willikinus: atq; collega ſuus: et epũs Hildebrãdus. Deponit itaq; archiepũs corã ſummo põtifice de paſtore prageſi eccleſie reiterando veterem queſtionẽ: modis autem omnibus inſtans etiam importune nec obtinens. Tandem in reditu ad ꝓpria poſitus in itinere: continuis litteris impetrauit: quod preſens rome non valuit adipiſci: iubet denicq; papa ſanctũ pontificẽ Adalbertũ ad ſuã reuerti eccleſiam. Pro hac cauſa nimis cõtriſtatus: quia clauſtrũ deſerere cogebatur. Conſolabat tamẽ per hoc animã eius: quia ſi in populo ſuo fructũ ſalutis operari nequiſſet: gentibus nõ baptiſtis auctoritate apoſtolica predicator fieret deſtinatus: flẽtibus ergo fratrib⁹ vbertini proficiſcitur cum ſumme diſcretiõis viro epõ horatio nũcupato. Veneruntq; Maguntiam vbi regreſſus ab italia Otho imperator tunc morabatur

quonã beato Adalberto erat familiarissimus imperator: charitate autẽ ipsius astrictus mansit aliquot diebus apud ipm amicissimusq; sui cubiculi secretarius nocte ac die ipsum ad cõtemptũ mundi atq; ad amorẽ christi ac patrie celestis desiderũ sanctis exhortationibus inducens cõ mouebat. Instruebat eum etiã qualiter in republica gubernãda et in factis suis omnibus coram deo et hominib⁹ se regere deberet. Eodẽ tempore in domo regia cunctis seruiẽs: occulte quelibet vilissima eox necessaria manibus suis cõtractabat. Nocte quoq; dormientibus oibus omnium calciamenta mundans et a tanitore vsq; ad principẽ domus singulorũ caligas lauans: purgatisq; sordibus loco suo se iterũ reponebat. Et quanto queq; vilia erant tanto ea per humilitatẽ libentius suis manib⁹ ministrans cõtrectabat. In hoc ministerio longo tempore se occultabat donec quidã ministerialis seu cubicularius imperatoris noie walphari⁹ prodidit sctũ virum illa seruicia facientẽ. Ibidem eisdẽ diebus beatus Adalbertus vidit in somnis domũ quãdã cuius structura aspectu delectabilis erat: parietes quoq; et tecta niueo candore relucebant duo lecti strabant in ea preparati: vnus sibi deputatus: alius fratri suo: et vterq; magnifice decoratus multũ habens honoris sed suus gloriam excedẽs: alterius totus purpureo splendore circumamicisq; sericeis ornamentis ornatus. Erat autem ad caput staminibus aureis decoratus pulcherrime et sursum in capite lintheo candidissimo aureis litteris ita scriptum et intitulatum: munus hoc aureũ cum filia sponsa tibi. Quod cũ quibusdã familiaribus sibi retulisset respondernnt. Scito et videto qm̃ christo te glorificante per martyrũ vitã tuã terminabis. Nam filia et sponsa que dat regalia dona nobis: ipa est sancta virgo maria mũdi dna mater dei Hoc audiens et sic intelligẽs priorẽq; recolens visionẽ cũ hac aptissime conuenire exultans aio gratias egit christo matriq; gratie dne sue quã a puericia sua semp in veneratione habuit speciali. Post hec amicissimo sibi imperatori suã non celans diutius voluntatẽ: cepit cum ipso habere extremũ sermonẽ finita locutione strictis amplexibus pioq; osculo non absq; iusto dolore cõmendantes se dño nostro Jesu christo alterutrum cum lacrimis seperant. Et ac pergere cepit sanctissimus antistes ad gentem apostaticã quibus episcopus ordinat⁹ erat Interea grex scelleratissimus parentes eius et cognates necnon et quattuor fratres eius viros nobiles fratrũ filios et filias simulq; virgines ac mulieres corũ perditione execrabili morte seuissima damnantes perimerũt. Ciuitates pariter et villas ipox igne et ferro vastãtes: necnõ et in captiuitatẽ et predã oia redigentes. Cũ igit hec domi agerent; vnus ex fratrib⁹ suis cum

Boleslao duce polonorum erat in expeditiõe imperatoris. Ex his ergo aditum sibi clausum vir sanctus reputans ad prefatum illustrissimũ ducem Boleslaum dictũ Chabri qui poloniã strẽnue regebat. Qui etiam sibi erat amicissimus. Intera vir sanctus priusq; pragã introiret volens intendẽsq; per nũcios suos cognoscere an ipm reaccipere in pastorem suũ vellent. At illi econtra sancto viro Adalberto cum nimia indignatione verba indignationis et furoris et ire plena retulerũt dicentes: peccatores sum⁹ gens dure ceruicis et indomabili corde. Tu vo sanctus es et amicus dei: nihil tibi sit cõmune nobiscum: talemq; et tm̃ non sustinent consortia et cohabitationes iniquoz. Cognoscimus quid mendosum sub colore pietatis hic tua sanctias cõtra nos machinetur. Non enim ad nos venies pro salute nostra: sed pro malis et iniurijs que in fratres nros et cognationẽ tuã cõmunim⁹ vindicandis. Unde nec eũ nec scientiã viã suã nolum⁹. Unde et nõ fuit qui reciperet sctm̃ nõ fuit vsq; ad vnũ. Hec ille audiens sanctus episcopus nõ est turbatus sed laxato rigore solito risu magna ex letitia cordis gaudens et exultãs in domino Jesu dixit disrupisti dñe vincula mea: scz cure pastoralis et tibi sacrificabo hostiam laudis. Fateor hodie o dulcis dñe et bone Jesu christe me tota licer ruũ esse: et me tibi subiugatũ: noluisti eis qui te cõtemnũt me pẽsse. Sic ergo tibi dñe dominaf virtutis et rex glorie debeẽ laus et gloria et honor et imperiũ: noluisti eos qui te nolũt: derelinquisti eos qui te derelinquerũt: et qui via non bona ambulant sed post petã sua incedunt. Proinde contra durã barbariẽ phanosq; ydolatras gladiũ pdicationis exacuens. Cum in hũgarie vicinisq; gentibus predicasset ydolatras et plurimos cõuertisset poloniã adijt: cuius magnã partẽ signis ac virturibus quoq; vsq; hodie extant indicia: christi imbuit sacramẽto. Prestante tandem illo sibi duce Boleslao pdicto et suis militibus honesto cõductu in ciuitatem Gdanũ peruenit: vbi ad predicationẽ eius multe turbe fidem et baptismi gratiã susceperũt. Post hoc vir beatus cursum in breui cõsummaturus transitũ decreuit facere in prussiã vlteriorẽ valedicensq; omnibus filijs suis nouis quasi nunq; postea videndus. Ab ipsis nauẽ imponitur et post paucos dies transcurso pelago remittit nauem gratias agens vectoribus dñoq; ipsoz. Tandem itaq; nauigio pueniẽs in quãdã insulã ex curuo amne habentem formã circuli in transitu ianue stricram. Quã intrans christũ incolis constanter cum magna fiducia predicauit. Qui multis iniurijs et verberib⁹ eũ afficiẽres: pugnis eũ enormiter expulerũt. Quidã cũ remo ipsi beato pontifici ingentẽ inter scapulas ictũ dedit: ita vt in terrã procidit semiuiuus. Jacuit q; humo athleta christi

espite et membris extensis sed exterius afflicto corpore mens subsum per risum oris et vocē editū vbi declamauit: Gratias ago tibi inquit domine dulcis Jesu quia etsi nō amplius erit saltim vnū ictum vel iam merui pro tui nois exaltatione. Transiens aūt cū sociis suis in aliam partē fluminis venit in quandā villā: tunc cōgregati sunt impij homines loci illi et currentes furibūda voce sctm̄ presulem interrogabāt. Quis es et vñ et ob quā causam huc aduenisti? Sanctus vo Adalbert⁹ miti voce eis respōdit. Origine inquit flauus: natione bohemus sum: Adalbertus vocor nomine: professione monachus: quondam epūs officio nūc vo vester apostolus: causa salutis vestre huc veni vt relictis erroribꝰ vestrū agnoscatis creatorem: qui solus deus est: et vt in eum credētes vitam cū ipso habeatis eternam. Hec et his similia eo proferente illi iam dudum indignantes nec suscipientes redemptionē a sathane potestate sed blasphemantes deum quem eis annunciabat clamore horrido terram cum baculis percutientes: ac fustes ipsius capiti apponentes atq; in eum dentibus stridentes mortem sibi atrociter inferre minantur: dicuntq; ei magnum tibi sit quod hucusq; impune venisti: et nisi cito recesseris crudeli morte cito interibis. Et sic ipsum cōtumelijs et iniurijs diuersis affectum cum socijs eius a suis finibus recedere compulerūt. Itaq; nocte ipa nauicule impositus cum socijs est fugatus: et venerūt ad quendam vicum in quo manserūt quinq; diebus. Eodem tempore Rome in monasterio vbi beatus presul vitam monasticam susceperat et duxerat. Cuidā viro religioso nomine Joanni huiusmodi visum monstrauit domin⁹. Videbat si quidem a summo celo quasi duo linteamina mūdissima alba sicut nix quasi vsq; ad terram volantia duosq; viros de terra leuantia et velocissimo cursu syderа penetrare vnus ex his sanctus pontifex Adalbertus erat de altero preter eum qui vidit paucissimi cognouerunt. Tunc etiam sanctus Allus abbas ex alio monasterio de quo supra habitum est: predicto venerabili viro Joanni cui dominus memoratam ostenderat visionem litteras Romam misit tenorem huiusmodi continentes. Scias dulcissime fili quia amicus noster dominus Adalbertus ambulat cum sancto spiritu et beatissimo fine ex hoc seculo est ad celestia migraturus. Post quintam ergo diem sequenti nocte fratri Gaudentio per somnum visio monstrata est: quā narrans Sanctissimo patri ait: vidi inquā pater vidi in medio altaris calicem aureū vino semiplenum. Custos vo illius nemo erat: mox itaq; volente bibere merum opposuit se mihi minister altaris et faucibus meis ait reptus: quasi quadā imperiosa auctoritate ne bibere cōtradixit dixitq; q̄ in crastinū tibi foret pro refectione mistica seruatū

ad hec sanctus presul respondit fili mi deus prosperā factat visionē hanc
mox fugit somnus ab oculis eorū et occupat ingens trementia membra
corpoꝛis: mane aūt facto procedunt inde et dauidico carmine viā alleuiūt
dominū nostrū Jesum christū dulce refugiū ex oratu continuo inuocan-
tes: vnde nemora et feralia lustra linquentes sole ad meridiē ascendente
in loca campestria puenerūt. Igitur btūs pontifex sciens qua venit ho
ra eius vt post laboꝛes diutinos et agones plurimos pro christi nomine
consudatus transire debeat ex hoc mundo. In eodem loco missam iubet
fieri: fratre gaudencio missam celebrāte hostiam viuā in sacro sancta cō
munione pro viatico transitus sui ipse mox hostia christi futurus tota
deuotione suscepit. Deinde paulo sumpto cibo pro refocillandis coꝛpoꝛi
bus extenuere fatigatis cū gratias egissent dicto versu cū psalmo. Sur-
git sctūs antistes et ꝓgressus pusillū quantū est iactus lapidis vel sagit
te sanctus presul resedit et ꝓpter nimiā fatigationem ibidē sopoꝛ irruit
super eum. Paulantibus ꝯo cunctis ecce turba affuit cum furoꝛe nimioꝛ
accurrūtq; cū ingenti impetu: paꝛenticus furoꝛ irruit sup sctōs et in om
nes vincula iniecerūt. Sanctus ꝯo Adalbertus socios suos videns tam
ligatos sctis fratri Gaudēcio et fratri Benedicto dixit. Fratres mi cha
rissimi nolite constristari ait ipsi enim nostis quia pro nullo alio hec pati
mur nisi pro fide et gloꝛia dei et dñi nostri Jesu christi: qui solus est dñs
vite t mꝛtis: cuiꝰ virtus sup omnē potestatē decoꝛ sup omnē pulchritu-
dinē potestas inmūerabilis bonitas inenarribilis pietas singularis suauī
tas inestimabilis. Quid eñ eo fortius q̄d pulchrius q̄d iocundiꝰ q̄d sua-
uius q̄ue dignius q̄ istā quā gerimꝰ pro dulcissimo Jesu christo pone-
re vitā. Hec sctō dicēte: ictoꝛ ferus ex furibūdo agmine ꝓsiluit totisq;
viribus ingēs iaculū vibrās transfixit penetralia coꝛdis eiꝰ. hic aūt qui
hoc fecit sacerdos erat ydoloꝝ duxq; dyabolice cohoꝛtis et veluti ex de
bito ꝓma inferre vulnera tenebat: deinde ꝯcurrūt oēs t ꝓcussuras ꝓmi-
scēres irā hostiliter insaturant venerabilēq; illū athletā chi chim dūm
diuuerso vulnere ꝓciderūt vulnera vulneribꝰ supaddēres inter hec gle
sus sacerdos simul et hostiā brissimꝰ pontifex eōstanter pro christo moꝛ
te suscipiēs stat oculis ac manibꝰ erectis oꝛās deū supplicit ꝓ sua suoꝝq;
salute. Septē aūt magnis vulneribꝰ ꝓfossus de lanceis cū a vinclis futi-
fer solutꝰ manꝰ in modū crucis extēdēs interrā cecidit semiuiuꝰ t se cru-
cifixo christo ꝓ ipso mꝛtēs figurat. Sic sctā aia in carcere suo volat no-
bile coꝛpus ꝓtensa cruce terrā occupat: sic aia sctā illa sanguīe laureata
exultātibꝰ angelis cū palma martyrij diu desiderata ad choꝛos virginū
et martyrū in celū cū gloꝛia gratulanter suscipit. Sic quoq; btissimꝰ ille

pontifex multo fuso sanguine vitā finiuit. Sic aīa eius purpureo sangui ne laureata corona martyrū ornata bris scoīb⁹ martyrū pfruit. Sctm̄ virū et brissimū in cui⁹ vultu decor et splēdor angelicus: in corde xo Je sus christ⁹ semp versabat: o vere admirabilē et glorioſum: o vere ama bilē et benignū: o piū t omni honore digissimū. Qui crucē quā volūtate in animo iugiter baiulabat etiā in morte charitatis: ardore feruentissi mo toto corde est amplexus. Itaq; eo sic cōsumato per mortem accurrit vndiq; dira barbaries tanq; nondū ex furore paganico saturati corpus sacrum in frusta cōcidentes capite nobili amputato gloriantes in iniqui tate sua: corpus in loco dimittētes caput supra palum pro triumpho sui sceleris infixerūt: et leta clamore sua scelera laudantes ad ppria sunt re uersi. Passus est aūt beatus Adalbertus pontifex et martyr dñi glorio sus Anno dñi. dcccxcvij. imperāte Othone tercio pio ac clarissimo ce sare et Boleslao Chabri duce polonox in polonia regnante agente pru thenica. ix. kalendas Aprilis: feria sexta: die qua dominus Jesus christus dignatus est pro omnibus nobis pati. Claruit aūt sanctus presul Adal bertus in vita sua multis prodigijs atq; plurimis miraculis t post mor tem. Cum eīm monachus factus esset: quandā feminā que septē annis pa nem non comederat ei panē cruce insignitū porrigens et comedere man dans ipsam pristine restituit sanitati. Puellam etiā quandā quā febris grauissima adurebat tactu sue manus totaliter curauit. Legitur etiā: Qdum in hūgaria gentibus barbaricis christum p̄dicaret beatus pre sul Adalbertus primū quidē per nuncios suos deinde per semetipm̄ innu merabilem populū verbo predicationis atq; multis miraculis ad fidem christi conuertit. Accidit eū venire ad locū vbi sedes est principalis toti us regionis illius: vbi erat ydolū quoddā celebre preceteris ydolis. Ex quo demones frequēter dare responsa solebant. Hac igit causa turbe vi cinarum vrbium. Ad huius re specraculū statutis temporibus illud ado raturi cōueniebant maxima. Itaq; multitudine populo ydolum circum stante sanctus pontifex fide fortis paratus pro christo tradere in morte animā suā. Audacter accessit et videntibus cunctis face succensa in con spectu sacerdotū ydoli omnibusq; virtute dei cōsternatis atq; stupenti bus ante auctoritatis cōstantiā nullo contradicente illud penitus cōtri uit et concremauit. Postmodū xo cum pagani primi polonie p̄dicatio nem eius recipere nollent et eum a finibus suis minis et cedibus expu lissent: adire voluit mox Metropolim polonox que Gnezna vocat; de uenitq; in quandā villam vbi de via ad ciuitatem predictam requirebat Sed homines loci illius audientes linguā eius a sua plurimū dissonare

aspicientesq habitum illius scilicet monachalem omnino inusitum cōmo
uerunt risum: et locuti socij sancti ad eos interrogantes de itinere: dedi-
gnabantur eis respondere. Tunc sanctus antistes spiritu sancto plenus
qui per ipsum signa et prodigia faciebat ait ad illos: quia pro honore dei
loqui non vultis ad gloriā eius: in noie ipsius iubeo vt taceatis: hoc di-
cto inde abijt et rectā viā cho ducēte inuenit. Impijq illi mox muti fa-
cti sunt perterriti ac cōtristati in eo quod acciderat ipsis dolore ac gemi
tibus sic manebāt. Ultra progrediēs ad villā aliā venit et pro via req-
rens: simili cōtemptu habitus est ipsosq sicuti pmos eodē mulctauit sup
plicio vt quos cōsimilis reatus culpe obligabat par pena digne cōstrin-
geret in vtrisq nō iniurie sue vindictā in ira expetēs: sed in cōspectu le-
nitatis occasione salutis eoz et gloriā christi querēs. Deinde ad tercia
villā deo duce deueniens de itinere scisciratus est: at illi benigne respon-
dentes viā sibi humiliter atq amicabiliter ostenderūt: quibus gratias
agens exacto itinere longo breui tempore angelo bono cōcomitāte pue
nit Gnezdnā vbē plenā populo potēt issimā et famosissimā: cōtinuo ad
forum pergens multitudini que aderat christū cōfidenter predicat: pre-
mia vite anūciat eterne deoq cooperante et sermonē cōfirmante sequē-
tibus signis plurimis et diuersis christo dño innumeri crediderūt. Un
de factū est vt fama eius per regionē vniuersam cito pcurrens ad illos
quoq pertingeret quos sanctus pful dudū in noie christi voce et loquela
priuauerat: non tamē auditu sicq psisterent nullo prorsus subsidio rele-
uari poterant. Igit ad virum dei spe gratie eius inueniēde vnanimiter
proficiscūtur: reperierūtq ipm multo populo pdicantē. Recognoscēres
autem eum coram omni multitudine pedibus suis puoluti suspirijs ac fle-
tibus varijsq nutibus delicti sui veniā postulabāt. Hec vidēs brūs Ad-
albertus obmisso interim opere pdicatiōis cui toto conamine insistebat
reuersus ad illos vt animo mitissimus erat eos placide alloquit dicens
Scio fratres scio qui estis video q manus dñi tetigit vos qui tribuit in
tellectū vobis vt peccatū vestrū recognoscentes ad eum approximetis
qui sanat cōtritos corde ac per hoc ipsum misericordē deū cuius ego ser-
uus sum denuncio errori vestro indulgentiā pstitisse ppter qd et ego ser
uus eius in nomine ipsius dei et dñi nostri Jesu christi creatoi omniū lin
gue officiū vobis reddo: his dictis et signo crucis facto sup eos pfestim
solutum est vinculum lingue eoz. Et cunctis stupentibus ceperūt loqui:
christūq verū deū cōfitētes magnis vocibus cōclamare ceperūt bapti
sari ergo cupientes prius verbo fidei instruens eos fecit ex aqua et spiri
tu regenerari. In fide quoq cōfirmati sanctissimo pōtifici alacriter oēs

r

in cõmuni supplicant dicentes. Sanctitatẽ tuã famule omnipotentis dei vnanimiter imploramus vt pro vsu et contemptu et propinquitate nostra quam ceca et furiosa mente in te commisimus: aliquid nobis magni pro penitentia salutari in satisfactionem imponas ad memoriam posterum nostrorum. Ad quos beatus presul: laudo vos inquit filij q sub manu dei pia deuotione humiliamini: veruntamẽ certissime hoc scitote qõ illud et cetera peccata vestra omnia vobis in baptismate sunt dimissa tm modo vigilantiam mentis obseruetis ne ad pristina mala seu alia deteriora reuertentes perceptã gratiã amittatis. Qui cum magis ac magis instarent vt eis salutarẽ penitentiã iniungeret. Statuit eis vt ante quadragesimã a.lxx. primus q̃ alij christiani ieunium incboarẽt t ab esu carnium vsq; ad diẽ cineꝝ abstinerẽt: hoc est statuit eis vt nouẽ septimanas ante pascha in vita sua abstinẽtiã seruarẽt sicut ceteri christiani fideles generali abstinẽtia. vij. ebdomadas seruãt a carnibus dũtaxat abstinẽtes qõ preceptũ illi deuote et desideratissime suscipientes in vita sua diligenter et fideliter custodientes seruauerunt ac posteritati iue seruandũ quasi iure hereditario seruandum custodiendum tradere curauerũt. Spiritu igitur dei beato Adalberto predicante multaq; miracula faciente fidem christianã tota polonia suscepit: et fundata est veluti per vnũ de apostolis super apostolice fidei firmam petram: prefatũq; tempus ac modũ abstinentie ante pascha pro reuerentia sancti Adalberti omnes graanter et cõmuniter acceptantes per plurimos annos circiter. cc xxx. irrefragabiliter obseruauerit vsq; ad tpa sedis apostolice legati magne auctoritatis viri: qui nolens gentẽ polonorũ in obseruatione quadragesimalis ieunij diutius alijs fidelibus fore dissimilẽ super prefato statuto ad instãtiam quorundam ventris curam gerentium: et predicta abstinẽtia circa annos domini Mccxl vij. auctoritate apostolica dispensauit de ista abstinẽtia t obseruãtia ieunij. ix. septimanarũ: et dispensatiõe eiusdẽ in annalib⁹ polonoꝝ ertã sic legit. Anno dñi. Millesimoducẽtesimoquadragesimooctauo. Jacobus archidiaconus Leodien domini pape capellanus et in poloniã: prussiam: et pomoraniã: eiusdem nuncius siue legatus et vicesgerẽs Synodum wratislauie celebrauit: Cui interfuerũt Fulco archiepiscopus Gneznen. Prandotha Cracouien. Thomas wratislauien Boguslaus Posnanien. Michael Vladislauien. Petrus Plocen. Mauherus Lubucen. et S. Culmen episcopus primus frater ordinis cisterciensis: qui de abbate eiusdem loci de nouo in episcopũ creatus fuit. In qua Synodo idem dominus Jacobus de consilio et consensu episcoporũ supradictorum absoluit polonos de voto abstinentie quo ab antiquis tribus

fuerunt astricti a septuagesima vsq; in quadragesimā de abstinentia carnium. Consueuerant enim poloni ab antiquo iuxta morem primitiue ecclesie dimittere et ab esu carnium abstinere a septuagesima: id est: a dominica circumdederunt me ꝛcetera: vsq; ad festum pasche. Sed quia ꝗplurimi frequenter hoc immutantes violabant et ob hoc sepius excommunicabantur: et videbatur ex hoc periculum animarū euenire et generari quapropter idem dominus Jacobus cum episcopis supradictis indulsit polonis vti libere carnibus a septuagesima vsq; ad quadragesimā quo solacio caruerunt poloni fere. ccc. annis Statuerunt q; etiam idē dominus Jacobus cum prefatis episcopis vt poloni et terram eandem inhabitantes in suo libero arbitrio habeant in bona volūtate abstinere se a dominica Circūdederunt me. vsq; ad resurrectionē domini abstineant Et etiā si placeret alicui habere vsum carnium a dominica circumdederunt me tē. vsq; ad dominicā Esto michi habeant. Unde inoleuit in polonia in prouinciis circūiacentibus vt dominica Circūdederūt me dicit antiquū carnispriuiū vsq; in hodiernum diem. Quam quidā abstinentiam et obseruantiam ieiunij predicti: vt alibi legitur ob laudem dei omnipotentis et ob reuerentiam tanti patris et apostoli eorū per vniuersam poloniam omnes poloni deuote et vnanimiter obseruabant. Ad instantiam tandem quorundam ventris curam gerentium predicta abstinentia per legatum suprameworatum reuocata est nec ad laudem dei nec polonorum sed nec ad gloriam pontificis prefati et polonorū apostoli sancti Adalberti sed potius in ipsius contemptum mirabilem vt videretur gens misera que propter ventris ingluuiem statutum tanti patris et sui apostoli violarunt. Hoc in quadam legenda sancti Adalberti legit his et alijs plurimis miraculis in vita sua sanctus Adalbert⁹ claruit. Post mortem autē eius non defuerūt etiā diuina prodigia in miraculis varijs que fiebant inter gentes barbaras q; nationes de quibus dicet infra vbi egerur de translatione sancti Adalberti.

Sequitur sancti Floriani legenda.

De sancto Floriano

In diebus illis sub Dyocleciano et Maximiano imperatoribus facta est maxima plecutio christianoꝝ quando diuersis agonibꝰ cõcertantes christiani a tirannis illata supplicia deuota mente suscipiant et pmissionem christi participes efficiebant. Tunc quidam in montibus et rupibꝰ se abscondebant: quidam aũt in cauernis et rupturis petrarũ delitescebãt et malis penis de vita hac liberabant. Tunc sanctitas et fides per patientiã suos athletas corroborabat hec aũt ducit ad vitam eternam. Tunc impijssimi iudices iussi ab imperatoribus certabant insanientes: christi ramen athlete vero econtrario certamine laborabãt: et superabant eorum insaniã: venerabilis enim fides vincebat. Ergo cum venissent sacrilegorum principum decreta Dyocleciani et Maximiani apud Noricũ ripẽsem administrante Aquilino preside. Tunc aduenies preses in castrum Laureatense cepit vehementer inquirere christianos. Et cõprehẽsi sunt quidam sanctorum numero. xl. qui diutissime certantes et multis supplicijs cruciari iussi sunt in carcerem. Ad quorum cõfessionem beatus Florianus princeps officij gaudens successit: qui cum habitaret apud Thetiam ciuitatem audiẽs hec fieri apud Laureacum dixit ad suos oportet me Laureacum ire et ibidem a preside pro christi nomine diuersa sustinere supplicia. Et valedicens suis iter arripuit. Cum autem nõ longe venisset a Laureaco ingressus pontẽ quo fluuius transire solet obuios habuit milites cum quibus ante militrauerat: qui et missi fuerant ad persequendos christianos. Et cum interrogaret eos quo pergerent: dixerunt ad eum non audisti precepta imperatorum qui venerũt ad presidem qui iubent omnibus hominibus libamina offerre dijs et exhibere: qui autem noluerint diuersis supplicijs intereant. Hec audiens beatus Florianus dixit: fratres et comilitones mei quid alios queritis: nam et ego christianus sum: et hic assum. Illi autẽ statim comprehensum duxerunt ad presidem dicentes. Quid alios querimus: nam et princeps nostri officij Florianus christianum se esse profitetur. Preses autem Aquilinus audiens hec vocauit eum ad se dixit qꝫ ei Floriane vt quid ista de te dicuntur veni et sacrifica dijs omnipotentibus sicut et ego et comilitones tui vt viuas pariter nobiscum: et non cum contemptoribus primaris scẽm precepta imperatorum. Beatus Florianus respondit: hoc ego certe nõ faciam: quod autem tibi preceptum est exerce. Tunc prefectus commotus

vim et inferre precepit vt inuitus sacrificaret. Beatus autē Florianus leuauit vocē suā et dixit Dñe deus meus in te speraui et te negare non possum: tibi milito tibi offero sacrificiū laudis protegat me dextera tua quoniā nomen tuū benedictū est in celo et in terra in seculū. Da mihi domine tolerandi virtutē et suscipe me inter sctōs et electos athletas tuos qui prius ante me cōuersi sunt et cōfessi nomē sanctū tuū. Jndue me dñe stola candida virtutis tue t spiritū sanctū cōfirma in me t ne permittas me cōculcari a dyabolo: sed esto mihi dux iusticie et in veritate tua confirma me vt te laudē et tibi hymnū dicā quia tu es benedictus in secula seculoꝝ amen. Aquilinus aūt prefectus hoc audiens irrisit eū dicēs vt quid sic insipienter loqueris et irrides precepta regū: sacrifica dijs. Beatus Florianus respondit: qui licz humanā militiā exercebā tamē occulte deum meū colebam: ideo nō potest me dyabolus ex integro occupare Corporis quidē mei habes potestatē animā aūt meā non potes tangere solus aūt deꝰ in hac ꝓualet. Jussioni aūt tue pareo q̄tū decet militē: hoc aūt nemo mihi persuadere potest vt demonijs sacrificē: non enī ego illa fantasmata adoro. Prefectus aūt in furorē cōuersus: iussit eum fustibus cedi. Cui beatus Florians dixit: tantū irascere et noce corpori meo quātum potes: quia corporis potestatē iam concessam habes: quia ego non aquiescam tibi. Si vis scire quia tormenta tua non timeo: ignem accēde et in nomine dei mei Jesu christi ascendā super eū. Milites aūt ceperūt eum cedere. Cum aūt eum cederēt dixit ei preses sacrifica dijs Floriane et libera te de tormentis. Sanctus Florianus respōdit: ego sacrificabo deo meo dño Jesu christo qui me dignatus est vsq̄ in hanc horā perducere: et in exultationē hanc in qua nunc sum. Hec aūt sancto Floriano dicente: iussit iterū preses eum cedi. Cum aūt cederetur Florianus ita hilari vultu subleuatur sicut in gaudio magno esset cōstituꝰ. Tunc iussit eius scapulas eculeis ferreis acutis cōfringi. Hoc aūt facto ipse beatus Florianus amplius glorificabat deū et semper se christianū ꝓfitebatur Tunc iniquissimus preses cum se superatū videret in omnibus dedit in eum sententiā: et iussit eū adduci ad fluuiū Euesum et ibi precipitari de ponte. iiij. nonas Maij. Beatus aūt Florianꝰ in se data huiusmodi sententia gaudens et exultans in vitā eternā quā deus promisit diligentibꝰ se ita gaudens et hilaris pergebat quasi ad lauacrū duceret. Cum autē venisset ad locū vbi eum ꝓcere voluerūt lapidē ligauerūt ad collū eius Rogauit aūt beatus Florianus milites qui eum tenebant et ducebāt vt eum permitterēt orare ad dominū. Stans aūt beatus Florianus cōtra orientē expandit manus ad celum dicens. Dñe Jesu christe suscipe ani-

meam. Dixit autem quasi spaciū vnius hore ita vt verērentur eū tangere qui eum duxerunt. Tunc aduenies quidam iuuenis plenus rabie crudelitatis dixit ad milites. Quid statis et nō facitis iussa presidis. Et hec dicens precipitabant eum de ponte in fluuiū et statim oculi eius crepuerunt. Fluuius autem suscipiēs christi martyrem expauit: et elcuatis vndis vrgebat captum corpus eius et exposuit illud in quendam locum eminentiorē cuiusdaz saxi et in summitate eius deposuit. Tūc eñ diuino annuēte fauore aduenīente aqla expansisq; alis in modū crucis sctissimū corpus predictis martyris curiose ꝓtegebat. Post hoc aūt bt̄us Florianus manifestauit se cuidā femine deo deuote noie Valerie vt eum cōderet humo in secretiori loco certis indicijs designās ei locū vbi eum inueniret et vbi eum sepulture traderet. Mulier autē hac cōperta et agnita visione: iungens animalia sua ad fluuiū Euesum ꝓperauit et corpus requirens inuenit: et super qnadrigam posuit: pre timore autem gentilium virgultis et frondibus eum inuoluit quasi similans se ad ortum ea claudendum duceret. Ducebat autē eum ad locum vbi ei reuelauerat et assignauerat. Factum est autem eis viam euntibus vt lassarentur animalia pre nimio ardore solis et steteruut ita vt non possent vlterius ambulare neq; procedere amplius. Tunc mulier turbata orauit ad dominum vt ei diuina misericordia subueniret. Completa autem oratione statim in eodem loco fons fluentissimus emanauit: qui ad testimonium eius vsq; nūc perseuerat: in quo animalia sanata ceperunt vlterius ambulare. Deniq; venit ad locum vbi beatus Florianus ei ad sepeliēdum se designauerat Ibiq; cum eadem mulier propter imminentem amarissime persecutiōis rabiem cum festinatione secrete sub terra deposuit: in quo loco operante clementia christi per merita sancti Floriani martyris per gratiam que data est ei a domino Jesu christo magne sanitates fiunt innumerabilia cotidie fiunt miracula. Egri curantur: febricitātes sanantur: demoniaci liberantur. Et omnes deo veraciter cōfitentes eius intercessione misericordiā consequuntur. Illi aūt. xl. cōfessores quos supra memorauimus dū hec agerent in carcere obierūt: et animas suas dño deo obtulerūt. Hunc aūt hystorie in multis contra dicit Vincencius in speculo historiaz libro tredecimo. c. lxviij. parte. ij. scribens sic. Cum aūt precepta imperatorū de psecutione christianoz apud nos ripensem delata Aquilinus preses cepit christianos vehemēter inquirere. Sancti aūt Florētius et Florianus obuiātes q̄busdā olim sibi mūdane milicie socijs dixerūt. O fratres et comilitones nostri: alios queritis: euntes ꝓsidi dicite qa christiani sumus et locū eriā designate in quo comoramur. Crudelitatis ergo ministri

apprehendentes eos duxerũt ad presidẽ: qui ab eo moniti vt ydolis sacrificaret. Responderũt iussioni tue parati vt decet militã⁹: hoc tamẽ nemo nobis suadebit vt demonibus sacrificem⁹. Tunc ps̃es vehemẽter iratus iussit eos fustibus cedi et scapulas eoꝝ acutis ferreis cõstringi. Illos ergo in fide christi et gratiarũ actiõe pmanẽtib⁹ vidẽs ps̃es se supatũ iussit eos duci ad fluuiũ noie Asletũ et de ponte in illud p̃cipitari quarto kalendas Maij. Cũq; vincti ducerent a militib⁹ venerũt subtus quandam arborẽ vbi ab itinere fatigati residẽtes pariter dormierũt omnes: Tunc angelus dñi per visum apparuit btõ Florẽcio dicẽs frater florentio non est tibi cura corona martyrij: sed p̃sors eris cõfessoꝝ: igit surge t perge ad p̃tes galliaꝝ: t ibi ostendã tibi locũ habitatiõis tue: futurũ est aũt vt in ciuitate Thuronica a btõ Martino accipias ordinationẽ: illo expergefacto dissoluta sunt vincula eius. Tunc btm̃ Florianũ cautius vocãs narrauit ei visum et abijt. Sanctus aũt Florianus exultãs: cũ peruenisset ad pontẽ vnde p̃cipitari iussus fuerat ligauerũt lapidẽ ad collum eius quo in pfundũ demergerẽt. Tunc deuote cepit orare milites vt orandi spaciũ aliquantulũ sibi cõcederẽt. Cunq; orasset quasi vnius horę spacio tandẽ p̃cipitauerũt eum et statim reperuerũt oculi eoꝝ. Fluui⁹ aũt martyrẽ christi suscipiẽs expauit: eleuatisq; vndis suis in quodã eminentiori loco sup quoddã saxũ corpus ei⁹ deposuit: diuino q̃z annuente fauore aq̃la aduenies idẽ corpus cepit alis suis admodũ pregere. Ipse aũt sctus manifestauit se cuidã femine deo deuote certis ei locũ designãs indicijs vt traderet illud sepulture. Quod et factũ est: ibi egri sanant: ceci illuminantur: demones eiciuntur: hec Vincencius. Acta sunt hec apud Noricum ripensem in lauriaco: imperantibus Dyocleciano t Maximiano agente iniquissimo Aquilino p̃side ꝛc. De translatione eius.

¶ Vt aũt annales hist̃orie et cronice gestorum regum et p̃cipũ polonie tradunt q; corpus siue ossa beati Floriani militis et martyris glorioſi tempore illustrissimi pijssimiq; p̃cipis Kasimiri Cracouie Sandomirie totiusq; polonie ducis supremi filij inuictissimi p̃cipis Boleslai dicti krziwousthij per venerabilem virũ dñm Egidiũ Burtineñ episcopũ Cracouiã fuerũt allata. Et per p̃fatũ dñm Kasimirũ ducẽ: et per venerabilẽ Gethkonẽ tunc epm̃ Cracovieñ deuote cũ omni reuerentia et honore sunt suscepta Anno dñi. Millesimo cẽtesimo octuagesimo tercio in cuius honorẽ p̃fati: dux Kasimirus et Gethko epũs extra muros ciuitatis Cracovieñ basilicã pulcherrimã fabricauerũt et erexerũt in qua vt dicitur brachium p̃o reliquijs relinquentes p̃latos et canonicos: in eadem statuentes magnifice dotauerunt. Residuum autem reliquiaꝝ

castro Cracouien in eccl'ia cathedrali in loculo marmoreo satis bene ornato in medio ecclesie decenter reconderũt quod vsq; hodie cõstat omnibus notissime: in quo loco per merita beati Floriani dñs Jesus christus per gratiã suam dignatus est multa mira ostendere Regnante domino nostro Jesu christo cui sit honor laus et gloria in secula seculorũ Amen.

Legenda sancti Wenceslai.

Beatus wenceslaus ex christianissimo patre bohemor̃ duce genitus in etate sue iuuentutis sapientissimus doctoribus ad erudiendũ traditus per sancti spiritus gratiã diuina sapientia fuit repletus. Cum autẽ excellentissimus iuuenis ceteris sue etatis iuuenib⁹ deo cooperãte virtutibus sacris esset sublimior: tamẽ in suis oculis cũctis erat hũilior. Cuius pater cũ de hac vita migrasset: illius patrie primates scientes eũ sapiẽtia plenũ et nullũ et pietate simulẽ: et quia suo fratre maior natu erat: eũ ad regendũ sui patris principatũ eligere maluerũt. Beatus wenceslaus in cuius corde diuina gratia iam huius mundi cõtemptũ inspirauerat. Cum hmõi principatũ suscipe maxime renueret populo in sua multo magis petitione pstente: tandẽ per sententiã romani imperatoris iam adductus ad potentiã est promotus. Confortatus ergo in christo et amore iusticie ornatus paterne virtutis exemplo laudabiliter regnare cepit. Erat eñ memorat⁹ egregius christi seruus: omniũ dignitate pclarus: statura decorus: facie cõspicuus: corde letus: ore iocundus: moribus cõpositus: et in omni ope dei strẽnuus: in legibus vo dinoscendis: et in iudicijs iustis decernendis non erat sibi similis. Pupillor̃ quoq; et viduar̃ erat pñssimus cõsolator et egenis de suis substantijs largissimus dispensator. Sapientes etiã clericos ex diuersis locis ad se confluentes benigne suscipiebat et fouebat: quia eor̃ religioso valde pgratulabat studio. Quia vo adhuc per plura illius patrie loca antiqui erroris ritũ populus obseruabat dei seruus pectus suũ percutiebat: et vt deus genti peccatrici misereret orabat. Vdorũ aũt cultores nunc minis nunc blandimẽtis iuxta aplm arguebat obsecrabat: increpabat et multos ab errore cõuertebat: et diuini sacrificij secum pticipes esse faciebat. Nocturno vo tpe cũctis dormientib⁹ nudis pedibus sacror̃ ecclesias plustrabat. Tempe vo messis vir dei aliqñ noctu solus cũ fideli cubiculario in agrũ triticj descendit et ibi manipulos ẽptũ

potuit collectos ꝑ ꝓ humeris in suū pallatiū portauit et cum oīi diligentia in suo cubiculo reposuit ipm etiā triticū clam suis manib⁹ triturauit: et quibus modis potuit purgauit et inter lapides ad pulcherrimā farinā redigēs diligētissime cribrauit. Deinde per se aquā deputeo portauit et sancte trinitatis noīe inuocato eam benedixit et infarinā sparsit Atq; inde mundas oblatas ad diuinum misterium ꝑparauit. Eiusdemiarū aūt tpe in noctis cōticino cū supradicto cubiculario in vineis racemos puros collegit: et in eis sportas implēs occulte in ꝑdictū cubiculum portauit et ibi in sacculo purissimo ex eis mustū mundissimū extorsit et ad dei seruitiū reseruauit. Deinde cōuocatis oīibus patrie sue clericis cum summa claritate ipsum vinū cum predictis oblatis ad missarū solēnia sacrificia tribuit singulis. Diuina etiā gratia dei homo plenus futura aliq; ꝑpherando ꝓnūciauit. Quadā em̄ nocte dū mēbra sopori dedisset vidit in somnis at rū cuiusdā venerādi presbiteri noīe pauli vbi conuentus clericor sepe fiebat cum ceteris suis edificijs funditus fuisse destructū. Qui expgefactus suos familiarissimos cōuocauit et somni interpretationē exponēs: magnā christianor tribulationē futurā suāq; auam beatā Ludimillā ab infidelibus necandā et a christo felici martyrio coronandā ꝓdixit: et ita postea rei exitus approbauit. Iam beati viri mater ritū paganitatis maxie diligens et christianos odio habens: orta in christianos ꝑsecutione: ipa fuit impior cōsilior caput: et socrū suā btām Ludimillā que christiane religionis deuota cultrix fuit: missis carnificibus clam strangulari fecit: sicq; illa fm illi beati viri ꝓphetiā martyr effecta celi regem adijt et eterne beatitudinis regnū possidere meruit. Elir itaq; dei wenceslaus de virtute in virtutē quotidie crescens: ex sacris oblatiōibus clericor in largis dispēsatiōibus pauperū valde studiosus erat. De qua re infideles populi dolentes in vnū conspirarūt vt si quem clericum vel quemlibet christianū cum dei seruo alicubi inuenirēt: mox eum iugularent. Pro qua re btūs vir fecit occultas posterulas per quas in occasu solis familiariter ad eū christiani intrabant et exibant: ipe aūt dauidicos psalmos sine intermissione dño decantabat. Cūq; in hmōi intentus studijs ad virilē iam peruenisset btūs wenceslaus eratē parentū t ciuiū suor praua cōsilia cepit abicere: truces minas et dolosa blādimēta despicere iniustis iudicijs per iusta iudicia sapiēter obutare oppressis quibusq; fortis adiutor assistere: et suorum principum scelerata opera fortiter arguere. Jam itaq; refrenabatur barbarica rabies: crescebat catholica religio: reuocabantur ab exilio clerici: et pace bona quibus priuati fuerant eis restituebantur et ecclesie que ab infidelibus destructe fuerāt

plenius reedificabant ea tempestate frater beati viri Boleslaus noie homo paganissimꝰ in eius necē velut alter caym fraudulēter est insidiatus Inuasor em̄ fraterne potestatis cupiebat fieri: et ideo in oibꝰ semitis et plateis p ministros quos secū armauerat ponebat insidias: et ipe auctor sceleris sanctissimo viro laqueos p̄tendebat p solitas ecclesie vias. Deo aūt factum suum vbiq; custodiente interim dum martyriū eius differret ille eruditissimos lapidum et lignorum artifices ad se venire iussit: et pagē in honore sancti viri martyris basilicā pararit: et sicut hodie cernentibus liquet eā auro et argento decēter ornauit Quā basilicā dedicatā de suis cū oīm deuotiōe ditauit. Interea sceleriū p̄nceps Boleslaꝰ suas versucias videns cōtra sctm̄ virū nil ꝓficere: satellitibꝰ suis gladios sub vestibꝰ tectos portare et inde pacē p̄cepit simulare et tāti sceleris ductor se inter alios fratris interfectorē p̄misit existere. Parato aūt magno cōuiuio pace simulata fratrē inuitauit: ꝛ nec in eo conuiuio potuit efficere qđ voluit. Seruus itaq; dei wenceslaus de supradicto conuiuio illesus ad propria remeauit. Finito autem illo die quia martyriꝝ tempus sibi iam imminere cognouit tota superueniente nocte orationibus et elemosinis insudare cepit sna cōscientiā in cōfessionibꝰ puris emundans et suā aiam et sibi cōmissum populū dño deo p̄mendans. In gallicātu beatus wenceslaꝰ venit in ecclesiā ibi solotenus p̄stratus pro suis delictis amare fleuit: et pro suis p̄secutoribus fideliter orauit: et deū quē semper dilexit in die tribulationis sibi adesse rogauit. Cumq; matutinale officiū auscultasset gratia parūper quiescendi ad palaciū rediit. Lucescente aūt sequēti die p̄secutor totius bonitatis Boleslaus grauiter ferēs: q̄ priori die dolositas sua nihil p̄fecisset: et q̄ vir dei de cōuiuio illesus abscessisset: sceleratos coniuratores cōuocauit et cum eis in media via in quodam specu latuit fratrēq; suum cum armis furtiue expectare cepit. Cum aūt supradictus sceleris auctor Boleslaus sanctū dei de ecclesia regredientem videret: more lupino de specu exiliuit et impio gladio succinctus: in occursum eiꝰ solus cucurrit. Cumq; eum vir dei salutaret ille impius inter illa salutationis verba euaginato gladio caput eiꝰ semel ac bis p̄cussit: sed sacrū vertice nequaq; ledere valuit Vt aūt impurꝰ carnifex tercio caput innoxiū ferire voluit: p̄e timore gladius de manu illius cecidit. Quē dei fortissimus miles arripuit et sup caput Boleslai vibrās his verbis eū affari cepit: Unde nūc p̄hibeor O sceleris auctor fieri tui sanguinis effusor: cum merito posset verti in te exitiū qui semper immerito desideraſti meū. Beatus wenceslaus dixit fratri suo Boleslao: quia frater charissime volo vt in die iudicij potiꝰ a te reqrat sanguis meꝰ quā tuꝰ a me. Recipe gladiuz

matura suppliciū:et que sunt agenda ne differas in longū Jam eñ mihi sunt parata gloriosa martyrij ꝑmia:tibi vo pro fratricidio ꝑpetua incēdia. Cōtinuo impius frater resumpto gladio tādēq; sodaliū fiducia ꝓfoꝛtatus sci viri caput vulnerando cōfregit. Moxq; oñes irruerūt super dei martyrē:et eius mēbra gladijs et lanceis punctatim trāsfixerūt. Inter que vulnera sancta eius anima de ergastulo carnis egressa;cum laudibus ab angelis ad celestem gloriam est translata. Amen.

Legenda sancti Sigismundi regis.

Empoꝛe Tiberij senioris augusti: qui sicut reliquas regiōes ita gallias regebat:egressa est quedā gēs de insula quā mare oceanū cingit:cui vocabulū est scādania:qui ex vocabulo quoq; regionis scandinij nuncupati sunt. Cunq; alia regna vel regiones cū mulieribus t filijs suis penetrassent t renū fluuiū vsq; pueniſſent:tibi iussiōe impatoꝛis Tiberij burgos vltra flumē renū ꝑ mꝫtoꝛ spacia annoꝛ custodire coacti sunt. Eñ et burgundiones nuncupati sunt:et vsq; hodie burgūdiones vocant. Qui tpe Valētiniāi augusti egressi de ipis burgis gallias petierūt t more barbarico:terras t ꝓꝫos impialibꝰ ditiōibꝰ ibiugatas inuaserūt atq; ex suo genere leuato rege noie Gondiocho romanos galliarū habitatoꝛes quos ab ipoꝛ cōspectibꝰ fuga nō celauit gladioꝛ manus interfecit:pauciſq; relictis et suis ditionibꝰ subiugatis ipi sub eoꝛ dñatiōe positi sunt. Defuncto aūt Gondiocho ipius filij Gondebādus:et Gondesilus regno suscepto gallias phalanges terrasq; inter se diuiserūt: ita vt Gondebādus duas poꝛtiōes suis ditiōibꝰ vendicaret:tercia Gondesilus esset ꝓtentꝰ. Unde inter ipos magnū iurgium est exoꝛtum:adeo vt abinuicem a fraterna charitate discederent. In ipis tempoꝛibus siccamboꝛū gens illico cōualescens manu multas regiones t gentes finitimas cū suis regibus ꝓpꝛijs subditas sibi ditiones ꝓstrassent atq; deuastassent: inter alia occidentis regna galliarū quos fines inuadendos audacter licet inuicti petierunt. Quibus adiunctus Gondesilus frater Gondebādi regis ꝓeliandi voto cum germanoꝛum solacio contra eundem fratrem natu et poteſtate maioꝛem arma arripuit. Quo fraudulenta belli factione fugato regnū galliarū paucis dieb⁹ sibi subiugasse visus est. Mō post multū vo ipis resumptis viribus Gondebandꝰ wiennā obsedit;deiectisq; poꝛtis

eiusdem ciuitatis cum multo exercitu captū fratrē suū Gondesilū cum vxoribus suis igne cōcremauit. Alium quoq; fratrē kylipertū interfecit: vxorē eius ligato ad collū lapide in aquā immersit: duos filios eoz gladio trucidauit duas nihilomin⁹ filias exilio cōdemnauit: Quarū senior Sedeolenica noie mutata veste se deo vouit. Junior aūt que Trocildis vocabatur postea Glouadeo regi francorum nuptiali more desponsata nupsit: eundēq; barbarum ad fidem christi per doctrinā sancti Remigij pontificis conuertit. Preterea pdictus rex Gondebandus francos fratris sui auxiliarios in prefata vrbe in quadā turre cōgregatos ferro trucidauit: pluresq; burgundionū morte cōdēnauit. Nihil postea iam dicto regi Glouadeo reddere disponens: sicq; oīne regnū quod perdiderat sibi vendicauit. Natiq; sunt ei duo filij Sigismundus et Gondemarus. Et q̄uis ipse Gondebandus rex omnisq; gens burgundioz tunc tpis gotti ce legis viderentur esse cultores: cum filijs suis christiane et religionis cultū catholice visi sunt tradidisse. Qua lege percepta illustris atq; venerabilis Sigismundus puer cum iam ad pfectā venisset etatē: tanta deuotio circa ecclesias vel limina sanctorū ipsum accendit vt die noctuq; in vigilijs: ieiunijs: et orationibus incessanter psisteret. Defuncto aut ej genitore suo rege Gondebando: licz incredula circa fidē christi ois gens burgundionū vna cum paucis romanis qui cū ipsis in gallijs eoz moribus laniati durabant cōtenti et excellentissimū virū Sigismundū sibi regem elegerūt. Qui accepto principaru super gallia; incolas qualē se circa cultum diuinū vel suis optimatibus prebuerit seuq; illi in ieiunijs abstinentia et clemosinis liberalitas in iudicij seueritate discretio fuerit: lectio subsequēs edocebit. Itaq; dū in talib⁹ semp ipsius aius incessanter videret esse intentus, sic de patrie exercitusq; sui salute videbat esse solicitus; vt tamē velut apes prudentissima aditū illū per quē ad celestia regna posset peruenire requireret. Hec vir deo plenus in corde suo die noctuq; pertractās et nō ab alio nisi a dño nostro Jesu christo qui dixit Qui receperit pphetā in noie pphete mercedē pphete accipiet. pmiuz boni operis recipe cupiens. ita semetipm circa martyrū limina impēdere conatus est: vt mercedē martyrū accipe mereret. Interea sortitus cōiugio filiam Theodorici regis italie ex qua genuit filiū noie Sirigicum hac mortua duxit aliā vxorē cui⁹ nequissimis deceptus cōsilijs: priozis vxoris filiū interfici iussit. Postea corde compunctus cū multa sanctoz loca perlustrasset venit in eum locū qui agaum vocat. vbi sctūs Abaucius cū suis socijs cōmilitonibus pro amore dñi nostri ihesu christi martyrij palmā accipere meruit; et tam itinere q̄ ieiunijs fessus; meditabat

qualiter preciosis sanctis deseruire deberet: vt eorum agminibus socia-
ri potuisset. Tunc non aliter nisi nutu dei vt credimus angelo nunciante
ipsi reuelatum fuit: vt ad instar celestis militie psallentiū choros institu
eret. Quo diuinitus accepto consilio sanctos atq; apostolicos viros cō-
suluit vtrum salubriter regnaret an nō. Qua iuterrogatiōe inter se ven
tilata: sancti antistites licet inusitatum opus: tamē dño annuēte vnani-
miter corroborauerūt. Quod sanctū opus seruitutis videlicet deī: cū fu
isset perfecte institutū et cōfirmatū pari cōsensu omniū: quid adhuc sup-
esset ei: qualiter celestis patrie regnū perciperet deuote exorabat: vt ei
diuina pietas ostēderet. Sed quia dominus noster Jesus christus labo-
ris ipsius remunerationē diutius nō patiebat differre ad palmā martyrij
eum ea tenus dignatus est vocare: vt sanctoꝝ thebeoꝝ martyꝝ collegio
quorū se officio in dei laudibus sociauerat deuotione: paradisi quoq; so-
ciaret amenitate. Verū ne plixior narratio legenti fastidiū generet ad
beatissimā passionē ꝗuis imperito sermōe veniam⁹. Igit cū franci plu-
rima fere regna deuastarent: galliarū gentes et vrbes vehemēter depo-
pularentur: ita vt multitudo maxima burgundionū se francis sociaret.
Tunc Sigismundus videns se hincinde coangustari veri salis montem
expetijt ad instar helie tesbitis: quatinus crudelissime gentis barbaroꝝ
ferocitatē euaderet singlariter habitare elegit. Quia sibi imminebat di
scrimen vite: iuxta illud quod egregius p̄dicator de suis tribulationibus
scribens ait. Pericula in fallsis fratribus. Tunc diuersimode burgundio-
nes necessitate magna q̄ voluntate francis ex integro dederūt ꝓmittē-
tes q̄ sanctū virū Sigismundū principem suū ꝓquirerēt diligērer et eis
vinctū traderent. Hac ꝓmissione audita scrūs vir Sigismundus cōper
ta eoꝝ nequicia ceruicē capitis sui totondit ꝛ se a laicali vestitu in religi
onis habitū mutauit. Qui dum in supradicto loco ieunijs ꝛ vigilijs ma
ceratus quiesceret ibidē: pauci ex burgūdionib⁹ ad ipm cōuenientes qua
si causa amoris ad sepulcra sctoꝝ perducere ꝓmiserūt. Cunq; ad clausu-
ras ipsius aganensis monasterij peruenissent: agmina burgūdionū vnacuꝝ
francis ad instar iude traditoris burgundiōes in eum manus iniecerunt
et vinctū cathēis tradiderūt francis eorūq; regi Clodomero: qui postea
diuina exigente vltione pro eadē re a burgundionib⁹ in prelio est inter-
emptus. Tunc franci ꝓtimescentes ne manus eoꝝ effugeret vsq; ad locū
deputatū sub alta custodia vnacū cōiuge et filijs Systaldo et Gundebal
do vinctos ad locū cui bella vocabulū est ꝓduxerūt. Ibiq; puteū ab an-
tiquis inuenientes vt vesania crudelitatis sue satiarent: capitali sentētia
adiudicatū iussu fratris regis Glodomeri capite deorsuꝝ dimersa cū com

fuge et filijs in puteū iactauerūt: vbi per triennīū corpora in liuosi gurgitis aqua illesa iacuerūt. In quo nocturnis tpibus a sctis viris diuinit⁹ lampas per totū illud triennij spaciū per qō ibi sancta corpora iacuerūt visa est. Transacto aūt triennio sanctus ac venerabilis monasterij sctōz agamensiū abbas p angelū āmonitus in visu est vt sacra corpa sicut anie eoz in celestib⁹ beate legioni mereanť pīūgere ita etiā eodē loco sepultu re sociarenť. Vir vo dei venerādus abbas supra dictus angustia plen⁹ qualit er dominicā iussionē impleret nesciebat. Tunc ad Anselmozdum burgundionē qui vsq; in diē passiōis sanctis viris fidē firmissimā visus est conseruasse missos suos direxit vt ad glozioſum principē Thebertū regem francoz suā petitionē pariter t suggestionē deportaret: quatinus sancta martyrū corpora ad sanctoz limina thebeozū deferri pmitteret. Quā petitionē pīssimus princeps indulsit. Tūc cū magna admiratiōis veneratiōe sancta eoz corpora de puteo extrahētes cū psallentiū chozis agauensi monasterio in ecclesia que est in honoze sancti Joannis apli et euāgeliste dedicata digniſſime sepulture tradiderūt. In quo loco tātas assidue virtutes dñi misericozdia cū fide pcantib⁹ prestare dignetur: vt si quis quaterno typo.i. morbo febriū inuasus fideliter sctōz cineribⁿ fu erit aduolutus statim integra sanitate recepta incolumis reuertat. Nihilominus t reliqui infirmitates que genus hoim inuadere solēt creber rime per dei misericozdiā intercedētibus sctis martyrib⁹ effugank: t infirmi ad pstinā sanitatē reducunť: adiuuāte deo et dño nostro Jesu chri sto cui est honoz et gloria et potestas per omnia secula seculoz. Amen.

De sctō Anthonio confessoze de ordine frm minoz le.



Enerabilis christi cōfessoz Anthoni⁹ de oz dine fratrū minozū nobili oztus pgenie de hyspania trahens originē: de ciuitate fuit que dicit vlixbona: que est in regno portugalie in littoze maris oceani in extremis mundi finib⁹ sita vergens ad occidentē: pa tre eius militre Martino alfonsi nomie: ma treq; ei⁹ Maria. Cū ergo in pmo iuuētutis sue floze felices felicē hunc genuissent filiū ab ipo sacro baptismatis fonte: fernādus ei nomē impoſuerūt: tradētes cū sacris litteris et moribⁿ imbuēdūm in quib⁹ puerul⁹ miro mō pfecit. Cūq; quintūdecimū attigisset annū: esseretq; iaz tor⁹ in dñi amoze succēssus et semp anxio

corde meditaret qualiter spreto mundo deo corde sincero posset seruire iuxta eandē quā predixim⁹ ciuitatē ad quoddā monasteriū de ordine sancti Augustini in quo viri religiōe famosi in canonici regularis hītu dño seruiebāt: in spūs feruore se trāstulit: ibi eoz habitū hūili deuotiōe suscipiens. Cūq; annis ferme duob⁹ mānsisset ibidē et frequentiū amicoz pīs mēribus importunā sustinuisset: vt omnē sibi in dei seruitio perturbatiōis eiusdemōi occasionē tolleret: obtēta prius superioris licētia ad monasteriū scte crucis eiusdē ordinis in ciuitate colimbria qō in itinere dierū triū distat moraturus puenit. In quo dum in omni virtute proficeret humilitatis et gratie ꝛ feruenti studio sacre scripture accidit q̄ domin⁹ petrus infans primogenitus illustris regis portugalie de marochio quasdam reliquias sanctoz septē fratrū minoz pro fide christi ab impio rege marochij occisoz: quos btūs Franciscus ad cōuersionē illius gentis transmiserat deportaret: quoz suffragātib⁹ meritis liberatū se interficere de manibus sarracenoz per oēs hyspanie puincias diuulgabāt. Qō audiens btūs Anthonius qui fernādus adhuc dicebaꝫ aiatus est: et ipe eoz exēplo ad martyriū sustinendū. Clementib⁹ aūt illo tēpore fratrib⁹ minoz⁹ fm cōsuetudinē ordinis ad monasteriū viri dei pro elemosina petenda: qui in loco qui sanctus anthonius dicitur prope colimbriam morabantur: eos Anthonius traxit ad partē seorsum: suū familiariter patefaciēdo cōceptū animi sui oꝛit et adiecit. Ordinis vestri habitū fratres charissimi animo desiderāti suscipiā: si me mox vt ingressus fuero ad terram sarracenoz mittere spopōderitis: quatinus cū scīs martyrib⁹ merear et ego deo offerri victima salutaris. Qui non mediocri gaudio ex tanti viri verbis exhilarati diem quo hec fiant primū sequentē constituunt: et ne mora periculū trahat tempus dilationis precidūt. Fratrib⁹ igitur letabūde domū redeūtib⁹ remānsit seruus dei Anthoni⁹ supdictis a priore licētia perfruturus. Qua nimirū vix precib⁹ extorta fratres promissi non immemores iuxta condictū facto mane cōueniunt et religiōis sue habitū in monasterio viro dei ocius imponunt. Qō cum factū fuisset ac currens quidā de fratribus ac canonicis eius in amaritudine cordis loquebaꝫ dicens. Vade vade quoniā sanctus eris. Ad quē cōuersus vir dei Anthoni⁹ humili voce respōdit dicens. Cū me sanctū fore audieris deū collaudabis. Et his dictis fratres gradū cōcito domū ꝓperāt ꝛ eue stigio sequentē nouū hospitē in ostensione charitatis suscipiunt. Qui vt reqrentiū se parētū solicitudiē sagaci⁹ declinaret: statim mutato vocabulo Anthonius ipe nomē sibi imposuit quodā pfagio designans: quātus verbi dei futurus preco existeret. Anthonius enim quasi alte tonās

dicitur. Et reuera vox enim eius vt tuba vehemens: quia cū sapiētiā dei in misterio absconditam inter pfectos loqueretur talia et tam pfunda de scripturis sanctis intonuit vt vel rarus pro cōsuetudine sensum exercitatus discretitudinē lingue ipsius intelligere posset. Ceruntū zelus fidei eum accenso animo ad martyriū inciraret: factū est vt iuxta pmissū data sibi licentia terrā sarracenoz mare mediterraneū nauigio festinꝰ adiret; sed que sit hois intentio cognoscens altissimus in faciē ei restitit: ac in temptato graui morbo per totū hyemis spaciū eum artius flagellauit ira vt nec predicationē fidei posset intendere: nec pprij corpusculi sarcinam valeret aliquatenꝰ sustentare. Sicq; factū est vt cū de proposito suo nihil prospere actū cerneret pro recuperanda saltē corporis sanitate repatriare decreuit. Cūq; nauigio ipo mari credito ad partes hyspāie redire pponeret: ventis sibi magnis et cōtrarijs flantibus diuino nutu cōpulsus est in sicilie partibus applicare. O vere beatū virū a cūctis merito extollendū Anthoniū qui totis precordijs affectabat pro christo sub ire martyriū: sed mira ipsius ineffabilis prouidentia vt cuidentiꝰ claruit reseruabat eum ad vtiliora in posterū: quando in multis partibus orbis tot deceptas animas per dyabolū defectibus petōz reduxit ad penitētie fructū. Cuius aiam et si gladiꝰ psecutoris nō abstulit: palmā martyrij tū non amisit. Circa tps aūt illud capitulū generale apud assisium cōstitutū est celebrari. Quod vt viro dei Anthonio per fratres messane ciuitatis innotuit in semetipo robustioz factus ad locū capituli verū puenit. Quo finito cū ministri cōmissos sibi fratres ad loca sua premitterent solus in manibus ministri generalis derelictus est Anthonius qui vtpote incognitus ac nouicius ac vt arbitrabat parue vtilitatis. Tunc tpis vir vite venerabilis Gracianꝰ noie in ramamola fratrū ministerij gerebat officiū. Quē seruus dei Anthonius suplicare cepit: quatinus se susceptū a ministro generali in romamolā rudimētis informaret: nulla prorsus data sibi litterature mētione: nulla exercitatiōis ecclesiastice ab ipsius ore personabat iactatio: sed scientiā omnē et intellectū captiuās in obsequiū christi ipsum solū et hūc crucifixū scire; sitire; amplecti velle pclamabat Frater ergo Gracianꝰ cū cerneret in eo per expressa simplicitatis et humilitatis iudicia vestigia sanctitatis mirā ipsius amplexans deuotionē eius voris annuit ac susceptū in romamolā deduxit. Quo cū vir dei Anthonius disponente dño peruenisset impetrata licentia: quia locū solitudinis appetebat: heremū montis Pauli vbi fratres tūc tpis morabantur deuotus subijt. Ibiq; loco quietis adepto cellam seorsum a fratribus sequestratā in quandā criptā excisam intrauit in qua solus deo vacās ma-

nebat nunq̃ ex ea exiens preter q̃ ad celebrandū diuina vel interdū ad sumenda necessaria sustentationi nature. In ea siquidē dñi famulus velut in sepulcro reclusus ieiunans et orans hauriebat lumina scripturarū ac insultus demonū quos patiebat humilitate cōfringebat et lacrimis. Interdū etiā sic abstinentie freno repressus est: vt cū redire vellet aliqñ a cella ipm ad fratres cāpana vocante non posset: nisi fratrū manib⁹ vel humeris deportatus. Post multum ꝯo temporis his itaq̃ peractis contigit fratres ad ciuitatē forlini pro suscipiendis ordinib⁹ transmitti. Cōuenientibus igit ex diuersis partibus ob dictā causam fratribus minoribus ac predicatoribus: famulus dñi Anthonius ad puinciale capitulū proficiscens cum multis nutu dei aduenit. Instante aūt collatiōis hora necnō et fratribus ex more cōgregatis: minister qui aderat fratribus de ordine p̃dicator⁹ qui in presentia erant supplicare cepit vt exhortationis gratia salutis verbū sitientibus ꝓponerēt. Cunq̃ inprouisum se quisq̃ nec velle nec debere p̃dicare consultius asseruisset: cōuersus minister ille ad fratrē Anthoniū precepit ei vt quodcūq̃ sibi spūssanctus suggereret cōgregatis fratribus anūciaret. Non enī credebat eum quicq̃ de sacris scripturis nosse: sed nec quicq̃ nisi forte que ad officiū ecclesiasticū spectāt quod per oprime nouerat legisse. Vno tñ p̃iumptiōis ꝓfisus suffragio q̃ videlicet eū litteraliter loqui vix cū necessitas exigisset audierat. Reuera enim cum talis esset industrie vt memoria pro libris vteret: et eloquij mistici gratia copiosius afflueret peritiorē eū nouerant fratres in abluēda suppellectili coquine q̃ in scripturis exponendis. Quid multa viribus quoad potuit renitens: tandē ad clamorē omniū simpliciter loqui exorsus est. Cunq̃ calamus ille sanctispūs lingua ipsius luculenti satis expositione ac breui sermonis cōpendio multa prudenter disseruisset stupenda fratres admiratione pcussi intētis auribus perorantē virū vnanimiter nitendebant. Omnes denicq̃ tam ex dictis q̃ ex feruore dicentis sancta consolatione pfusi humilitatis meritū in seruo dei Anthonio cū dono scientie venerati sunt: ex quo agnitus quis esset quantaq̃ fulgeret sapientie claritate ac sermonis potestate polleret: non multo post tempore delata ad generalem ministrū eorū que cōtigerant relatione: interrupto quietis silentio ad publicū venire cōpulsus est Anthonius. Iniūcto nanq̃ sibi predicationis officio heremi cultor emittit et ad euangelisandum dei gloriā diu clausa ora laxant. A generali igit ministro de p̃dicādi iussione suscepta Anthonius suffultus dei gratia auctoritate mittētis intrant⁹ predicatiōis opus implere studuit vt nomē euangelice gestorū strenuitate compēsaret. Circūibat p̃inde ciuitates et castra vicos atq̃

campestria et vite seminarij sicut affluentissime ita et feruentissime spargebat vbiq. Unde ita verbū virtutis eius et doctrina salutaris in cordibus audientiū radices figebat vt eliminata omnis peccati spurcicia non paruam domino filiorum multitudinem parturiret. Aderat nanq ea dei virtus et sapientia christus tantam sermoni eius tribuens sequentibus signis sua dignatione virtutē vt in noie ipsius quē sic in feruore spiritus predicabat demonia viciorū eiceret mutis a laude pctōribus salutifere cōfessionis innouaret loquelā et odij venenū mortiferā a serpente trāsfusum innocuum redderet pace prius discordātib⁹ restituta. Super egros insuper dum manus sue benedictiōis imponeret recipiebant integrā sospitatem vt doctrinam eius esse salubrem hominibus: et quanti apud se foret meriti dñs etiā foris per signa sensibilia demonstraret.

De sancto Ladislao rege.

Beatus rex Ladislaus christiane fidei cultor eximius pura mentis deuotione christo seruire studuit. Illustratus enim sancti spiritus gratia arridentis sibi atq blandientis mundi gloriam caducam reputans transitoriam esuriuit et sitiuit iusticiam vt ad eternam felicius perueniret patriam. Quis enim mūdus sibi florens alluderet in eius corde tamē aruerat cuius ipe concupiscentijs crucifixus fuerat. In hoc itaq mortali corpore viuens iam non ipse sed in ipso christus fidem rectam veram katholicam in christo fundatam in cordibus patriarcharū et propheraū radicatam apostolico preconio cōmendatam tota mente fideliter amplectendo tenuit. Super hoc fundamentum gratum omnipotenti deo habitaculum sancti spiritus sacrariū ex auro gēmisq et lapidibus preciosis fm apostolū edificauit. Erat enim copiosus in misericordia longanimus in patientia pietate rex serenus gratiarum donis plenus: cultor iusticie: patronus pudicitie: consolator afflictorum: subleuator oppressorum: miserator orphanorum pius pater pupillorum subuentorq miserorum et inopum necessitatibus misericordie visceribus affluens subueniebat. Innaturalibus aūt bonis diuine miserationis gratia spectali eum prerogatiue preeminētia supra cōmunem hominum valorem pretulerat. Erat enim manu fortis visu desiderabilis: et fm physonomiam leonis magnas habens extremitates; statura procerus: ceterisq hominib⁹ ab humero supra pminens

tra q̄ exuberantem in ipso donorum plenitudinē: ipa quoq; corporis spe
cies imperio digna declararet. In examinandis iudicijs: nō tam iudica-
re q̄ iudicari: sibiq; magis terribile iudiciū imminere credebant q̄ his
que ab eo iudicabant. Cū rigorē iusticie lenitate temperans misericordie
talē se erga subditos exhibebant vt potius ab eis amaretur q̄ timeret.
Regni q̄pe gubernaculū nō solū honori sibi erat sed et oneri. Nō em̄ sua
sed que iesu christi sunt querebat: ppter qđ a ꝓpositate rerū t nois qua
si mutato noie ab omni gente sua pius rex vocabat. Jeiunijs et orōnib⁹
iugiter insistebat: pctā ꝓpri plangebat: et in ara cordis semetip̄m deo ho-
stiā viuā offerebat. Q̄ si nocturnis vigilijs et plixioꝛib⁹ orōnibus ip̄m
fatigari cōtigisset: non delicatū thoꝛ repetebat sed in ex edijs ecclesiarū
paululū pausabat. Quadā nocte waradinēse monasteriū ingressus est
vt oraret: factū est aūt dū plixius oraret: quidā cubicularius eius qui fo
ris eū solus expectabat: pre nimia more tedio affect⁹ surrexit t introspe-
xit viditq; dom̄ suū glorificato corpe sursum in aere mirabiliter eleuatū:
O vere btm̄ virū quē adhuc in carne cōstitutū carnea moles nō p̄mebat
sed meritoꝛ sanctitas ad ꝓstoꝛiū supernū subleuabat. Post hec latrūculi
bissenoꝛ cōfinia hungaroꝛ irruperūt et illic viros t mulieres captiuos
abduxerūt Quos ipe cū exercitu suo psequēs venit in solitudinē magnā
nec habebāt quod manducarēt. Et dū fame pericliraret exercitus: euul-
sus est ipse ab eis seoꝛsum et in oratione ꝓstratus implorabat misericoꝛ-
diam dei: vt qui quondā filios israel manna de celo pluens pauerat: chri-
stianum populum fame perire non sineret. Cunq; ab oratione surgens
reuerteretur: ecce grex ceruoꝛum et bubaliꝛū obuiauit ei: et cum ipo sti-
mul in mediū exercitum depositā feritate p̄uenit. Tulit ergo vnusquisq;
ex animalibus q̄tum sibi sufficiebat: laudantes et glorificantes deum in
sancto per quem misericordiam talem consecuti fuerāt. Cum itaq; pius
rex Ladislaus armatus esset hūilitate: potēs in pietate: precipu⁹ t amē
erat in largitate. Omnes enim ecclesie t monasteria regalia siue ab ipso
siue a quocūq; alio fundata elemosinis eius sunt locupletata. Vsq; me-
rito vsq; in hodiernum diem elemosinas eius enarrat omnis ecclesia hunga-
roꝛum Duos quoq; episcopatus ordinauit et regia largitate locuplera-
uit. Erat enim magnus et munificus im nomē suum glorioſum. Nam si
ethimologie nois eius alludamus Ladislaus quasi laus diuinitus data
populis dicit: laos em̄ ꝓpl⁹ interpretat: dosis aūt dans vel datum siue
datio: hec ꝓma x̄o silaba nois eius laus est p peragogen hierosolimā se
ruꝛ vouerat: vt vbi sanguis dñi nr̄i iesu christi pro redēptiōe nr̄a fusus
est ipe ibi sanguine suo ꝓtra inimicos crucis chr̄i dimicaret. Duces aut̄

francorum lotharingorum t alemanorum qui cum exercitu domini illuc profecturi erant: omnes pariter piũ regẽ Ladislaũ digne dignũ sibi ducem ac preceptorem preficere concorditer disposuerãt. Prius autem q̃ de francia et alemania ceteris̃q occidentalibus regionibus exercitus domini in hungariam conuenirent. Pius rex vrgente necessitate contra bohemos in expeditionem profectus est: ibiq repentina egritudine correptus viribus corporis cepit omnino destitui. Conuocatisq regni principibus indicauit dissolutionem sui corporis imminere. Quo audito clamor multitudinis plangentium lamentantium et gementium mortẽ pũssimi regis Ladislai vsq in celum extollit. Sed pius rex acepta eucharistia corporis et sanguinis dñi nostri Jesu christi in quẽ fideliter credidit et quẽ tota mente dilexit feliciter migrauit ad dñm. Planxit aũt eius vniuersa multitudo hũgarorum: clerus et populus simul in vnum diues et pauper iuuenes et virgines cõtinuo triũ annorum spatio in vestibus squalidis: coreas non duxerũt et omne genus musicorum et delinitiua dulciſſona vltra tempus luctus siluerũt. Cum aũt fideles sui corpus ipsius waradinum efferrent plabore t merore defatigati dormierũt. Cunq̃ sopore grauati plus iusto demorarent currus in quo positũ fuerat corpus eius sine subuectione et absq omni amminiculo cuiuslibet animalis recto itinere waradinũ ducit. Vigilantes aũt et currũ nõ inuenientes cõtristari ceperunt per loca discurrere. Inuenerunt q̃ currum: versus waradinum vltro current em et sanctum corpus in eo positum. Videntes itaq miraculum q̃ corpus beati cõfessoris ad locũ quẽ ipse pelegerat diuinitus deferret deo gratias agentes laudauerũt deum. Cum aũt multitudo magna officiũ hũanitatis exhibendo sepulture eius assisteret. Quidã de circumstantibus dicebat corpus fetere: reliquis oñibus suauissimã odoris fragrantiã sentientibus. Retortũ est ilico mentũ illius ad dorsum eius et reflecti non poterat. Qui seipm diuina vltione debilitatũ videns miserabiliter clamabat. Peccaui in sanctũ dei. Et procidens ad sepulcrũ bti Ladislai misericordiã eius implorauit: auulsa est itaq̃ cutis cũ carne mentũ sui que dorso eius iuhesserat: et ipe quidem sanitatẽ recuperauit: sed cicatrix rupte cutis in mento eius occaluit. Quidã miles necessitate vrgente argenteã scuteliã suam quã patri suo pius rex donauerat cuidã comiti venalẽ exposuit: quã idem comes ardore cupiditatis illectus a se furtim sublatã esse cõfinxit. Per sententiã itaq iudiciariã dictũ est q̃ eadez scutella poneret super sepulcrũ sancti Ladislai: vt cõprobaret dñs vter eorum eam iuste deberet habere. Comes ergo nimiũ de se presumendo scutellã accepturus sepulcro appropinquauit. Statimq̃ cecidit q̃si mor-

tuus et vehementer attonitus nec scut ellam accipere nec̄ de terra poterat fugere. Pauper xp̄o miles ad sepulcrū humiliter accedens q̄ suum erat deo grarias agēs accepit. Nostris quoq; temporibus deus multis mirabilibus sanctū cōfessorē suum Ladislaū glorificauit. Nam anno dñi M.cc.xcij. sanctū corpus eius canonisatū est. Tunc itaq; ex causis superioribus lege nature mutata p̄uationē ordine regressibili sequi cepit habit?. Plures enim ceci per meritā beati regis Ladislai sunt illuminati cecideruntq; ab eorum oculis tanq̄ squame albuginis cedule quas etiam viri religiosi viderūt qui etiā veritati testimonū phibuerunt. Multi quoq; relaxatis lingue vinculis facultatē recte loquendi ceperunt. Claudi paralitici varijsq; languoribus diuturno tempore attriti ad sepulcrū eius venientes implorato eius adiutorio sanati sunt. Singuli quoq; pijssimum confessorem p̄o suis necessitatibus inuocantes oprata beneficia perceperūt. In ipa etiā hora canonisationis quidā puer cui loco manuū et pedum tumida carnis massa ossibus penitus carens fluitabat: meritis eiusdem sancti ossibus increscentibus perfectam manuum et pedum sanitatem suscepit. Eadem etiam hora diei quasi sexta rutilans stella p̄clari fulgoris stetit supra in directo monasterij vbi sanctum corpus eius positum fuerant. Hoc autem maxima multitudo contra monasteriū congregatorum per spacium duarum fere horarum perspicue videntes gauisi sunt gaudio magno valde. Leprosus quidam ad solennitatem eius veniens in via mundatus est. Post hec autem. M.cc.lesimo.ducentesimo.quarto. kalendas Junij: ipso die penthecostes canonicis orantibus et p̄me hore officium celebrantibus: quedam mulier cuius manus et brachia pectori suo connexa fuerant ad sepulcrū beati Ladislai sanata est. Sed t in alijs multis partibus late patentis hungarie et circūadiacentib⁹ regionibus plurima miracula t copiosa beneficia fidelibus eius patrocinia implorātib⁹ exhibita sunt: que nō sunt scripta in hoc libro: ne tediosa plurimas legentibus fastidium ingereret. Hec autem scripta sunt vt audiētes et legentes per intercessionē pijssimi Ladislai sic transeāt per bona temporalia q; et eterna consequantur gaudia. Prestante domino nostro Jesu christo Qui cum deo patre et spiritu sancto viuit et regnat deus per omnia secula seculorum Amen.

Sanctorum Zoerardi et Benedicti.

De sanctis Zoerardo ⁊ Benedicto

